 extra et alium intra, occupantes duo spatia, in quibus scribentur  
 165 nomina signorum meridionalium, quae tali modo scribentur: Scri-  
 bantur enim in spatio exteriori haec tria signa, scilicet libra scorpius  
 sagittarius, procedendo a B versus K, ita quod principium librae sit  
 punctus B et finis sagittarii sit punctus K. Alia autem tria signa,  
 scilicet capricornus aquarius pisces, procedunt e converso, ut a K  
 170 versus B, ita quod principium capricorni sit punctus K et finis  
 piscium punctus B. (15) Initia autem et fines aliorum signorum  
 intermediorum, scilicet tauri leonis scorpium et aquarii, invenientur et  
 dividuntur per ascensiones signorum in circulo directo, quae scribun-  
 tur in tabulis ascensionum circuli directi. Et incipiunt ibi ascensiones  
 175 illae a principio capricorni, sed in isto instrumento incipiunt a  
 principio arietis; igitur oportet auferre ab ascensione ultimi gradus  
 arietis in circulo directo 90 gradus, qui sunt gradus ascensionum  
 capricorni aquarii et piscium insimul; et tunc habebis gradus ascen-  
 sionum in circulo directo, qui sunt a principio arietis usque ad eius  
 180 finem, et invenies ibi 27 gradus et 53 minuta. Tunc pone filum vel  
 regulam supra centrum E et supra finem tot graduum et tot minu-  
 torum in aequinoctiali, computando a dextra versus sinistram; et ubi

---

155 possis: TR, *Pp. c.*; potes LGDMB; possemus V, *Pa. c.* 166 signa scilicet:  
 signa videlicet M; signa TVP scorpius: -io TDM 169 procedunt: -dant T;  
 -dent MVP 180 53 minuta: *omnes & tab. Tolet.* 186 etiam: *om. TVP* scor-



haec linea abscondet utramque partem eclipticae, trahantur lineae transeuntes per omnia spatia, in quibus scribentur nomina signorum; 185 et sic habebis finem arietis et initium tauri, et finem leonis et initium virginis, et etiam finem librae et initium scorpii, et finem aquarii et principium piscium. – Tunc similiter ab ascensione, quam invenies in illis tabulis in directo ultimi gradus tauri, auferas 90 gradus; et tunc habebis omnes gradus ascensionum, qui sunt ab initio arietis usque 190 ad finem tauri, et erunt 57 gradus et 41 minuta. Tunc pone regulam supra centrum E et supra finem tot graduum et tot minutorum in aequinoctiali, computando etiam a dextra parte versus sinistram; et ubi haec regula abscondet utramque partem eclipticae zodiaci, trahantur lineae ut prius; et sic habebis finem tauri et initium geminorum, 195 et finem cancri et initium leonis, et similiter finem scorpii et principium sagittarii, et finem capricorni et initium aquarii. Et sic habebis fines et initia omnium signorum. (16) Et eodem modo possemus dividere omnia signa in ista ecliptica zodiaci per singulos gradus, ut per ascensiones cuiuslibet gradus; sed expedientius est 200 propter praecisitatem operis dividere circulum iuxta limbum descriptum infra circulum aequinoctialem, cuius divisio valebit in opere ad divisionem eclipticae zodiaci. Et eius divisio hoc modo invenietur, ut dividatur primo ipse circulus in 18 partes, quarum quaelibet continebit 5 gradus zodiaci. Nec erunt istae partes aequales adinvicem, nec 205 debent dividi per aequalia, sed per ascensiones signorum in circulo directo. Nam si quantitatem et terminum primae ipsarum 18 partium volueris invenire, tunc ab ascensione quinti gradus arietis, quam invenies in tabulis ascensionum circuli directi, aufer 90 gradus, et invenies ibi 4 gradus et 35 minuta. Et tunc pone regulam supra 210 centrum E et supra finem tot graduum et tot minutorum; deinde protrahe lineam rectam orthogonaliter supra omnes suos circulos, transeuntem per ambo eius spatia. Et eodem modo operaberis, si terminum secundae partis ipsius, quae similiter 5 gradus occupat, volueris invenire, sed hoc per ascensionem decimi arietis; et tertiam eodem modo invenies, ut per ascensionem 15<sup>i</sup> arietis; et quartam per 215 ascensionem 20<sup>i</sup>; et sic deinceps usque ad 18<sup>am</sup> partem. Hoc autem

prii: scorpionis DM(et ita saepius) 190 41: 42 L; 47 T, tab. Tol. 200 praecisita-  
tem: praecisitatem G; praecisitatem vel p. B


209 35 minuta: omnes & tab. Tol. 215 ascensionem: -nes TGR; def. P 223

modo posses dividere quamlibet istarum 18 partium in 5 gradus, ut per ascensionem cuiuslibet gradus, vel potes dividere quamlibet istarum in 5 partes aequales, nec causabit sensibilem errorem. Tunc  
 220 ab unaquaque istarum divisionum trahantur lineae orthogonaliter secantes solummodo spatium minus exterius; et istae divisiones ostendent divisiones et gradus uniuscuiusque signi. – In spatio autem maiori interiori scribentur numeri graduum uniuscuiusque signi, hoc modo, ut in secunda parte versus dextram scribatur 10, et in quarta  
 225 20, et in sexta 30; et quia iste numerus procedit a dextra versus sinistram, erit enumerans gradus signi arietis et signi librae, nam haec duo signa procedunt eodem modo a dextra versus sinistram. Tunc etiam inter istum numerum scribatur numerus procedens e converso a sinistra versus dextram, hoc modo, ut scribatur 10 in quinta parte,  
 230 et in tertia 20, et in prima 30; et enumerabit numerus iste gradus signi virginis et piscium, quae similiter procedunt a sinistra versus dextram. Eodem modo debes operari in descriptione numerorum reliquorum signorum, nec procedere debet aliquis istorum numerorum ultra 30, scilicet ultra gradus uniuscuiusque signi.

235 **(17)** Ulterius oportet dividere [lineam] EY, quae est linea altitudinis, ita quod linea EB dividatur in 90 partes, et linea BY in 24 fere, quae sunt partes totius declinationis; quod sic faciemus, dividendo illam quartam circuli aequinoctialis, quae est BC, in 18 partes aequales, quarum quaelibet continebit 5 gradus; vel dividendo ipsam  
 240 quartam BC per 9 partes aequales, et tunc partes illius procedunt per 10 gradus; vel quomodo volueris secundum quod apta fuerit quantitas instrumenti. Sit igitur quarta BC divisa in 18 partes aequales; deinde trahatur linea recta a puncto A et supra divisionem comprehendentem 5 gradus, computando a puncto C versus B; et ubi haec  
 245 linea abscindet lineam EB, faciemus signum. Eodem modo trahemus lineam a puncto A et supra terminum 10<sup>i</sup> gradus illius quartae BC, computando etiam a [puncto] C versus B, et faciemus similiter signum supra abscissionem in linea BE; sicque fiat continue divisio, procedendo per 5, donec finiatur in puncto B. Postea trahatur linea

---

interiori: RD; exteriori *cett.* hoc modo ut: et hoc (haec M) videlicet *omnes* 224  
 scribatur: -antur DM; -entur L; *ins.*R 235 lineam: LGRD 241 quomodo:  
 LGR; secundum quod *cett.* 244 et: *om.*BVP 247 etiam a puncto: TLGR;  
 etiam a MBP; a V; *alia* D



§ 17-20: *Linea altitudinis* (EY) and *horizon rectus* (EK).  
 Superimposed on diagram p. 595 in the witnesses mentioned; D is rudimentary, and only P has the guide-lines.

250 recta a puncto C et supra terminum quinti gradus in eadem quarta  
BC, computando a [puncto] B versus C; et ubi haec linea abscindet  
lineam EB extra, videlicet lineam BY, faciemus notam. Et eodem  
modo faciemus supra finem 10<sup>i</sup> gradus, computando etiam a puncto  
255 B versus C; sicque dividemus per 5, donec terminabitur divisio supra  
punctum Y. – Si autem quarta BC non fuerit divisa hoc modo, sed  
solummodo quarta AB, tunc trahe lineam a puncto A et per  
divisiones quartae AB, incipiendo a [puncto] B versus A; et ubi istae  
lineae abscindent lineam BY, erunt divisiones lineae BY. Et aliam  
partem septentrionalem istius lineae, scilicet BE, oportebit dividere  
260 per lineam transeuntem a puncto C et supra divisiones quartae AB,  
computando ab A versus B.

(18) Deinde dividatur linea EK, videlicet quae extenditur a polo  
septentrionali ad caput capricorni, et dividatur in 60 partes aequales.  
Deinde supra illam lineam trahatur linea sibi aequedistans, occupans  
265 unum parvum spatium, in quo scribentur istae 60 divisiones. Deinde  
adhuc supra istam lineam superiorem scribantur duae lineae, occu-  
pantes duo maiora spatia, in quibus scribentur tres ordines numero-  
rum, ita ut in spatio interiori scribatur numerus procedens ab uno ad  
60, incipiendo ab E versus K; deinde in exteriori spatio scribentur  
270 duo ordines numerorum, quorum unus procedit ab uno ad 60,  
incipiendo a [puncto] K versus E, et alius procedet a 60 usque ad  
120, incipiendo ab E versus K. Et procedunt omnes isti numeri per 5  
aut per 10, ita quod quodlibet spatium numerorum contineat 5  
puncta vel 10. Et haec linea EK dicitur horizon rectus, et sunt eius  
275 divisiones divisiones chordarum vel sinuum versorum et rectorum.

(19) Sicut autem supra lineam EK protrahuntur tres lineae occu-  
pantes tria spatia, in quibus scribuntur divisiones eius et numeri, sic  
supra lineam EY oportet facere tria spatia, ita quod in spatio interiori  
minori ponantur divisiones latitudinis declinationis et altitudinis, et in  
280 secundo spatio sequenti superius scribentur numeri divisionum  
latitudinis et declinationis; quae hoc modo scribentur, ut scribatur  
numerus procedens ab uno usque ad 90; et procedat per 5 vel per  
10, incipiens a puncto E terminans in B; et deinde procedat numerus

---

251 puncto: TLGR; *def.*B    257 puncto: LGR    270 procedit: -det TVP  
271 puncto: LGR    272 incipiendo: e converso *add.*TVP    279 *et*<sub>2</sub>: VP;  
*om. cett.*    283 terminans: et t. LM    284 puncto: LGRD    286 puncto:

a [puncto] B usque ad Y in eodem spatio, procedens ab uno usque  
 285 ad 24 fere, quae est tota declinatio; et procedat per 5 vel per 10 sicut  
 prius. Deinde in tertio spatio exteriori inchoatur numerus a [puncto]  
 B ad E, procedens ab uno ad 90; et procedat iste numerus per 5 vel  
 per 10 sicut prius, ita quod in secundo spatio versus B scribatur  
 290 numerus 10 et in quarto 20 et in sexto 30, et sic deinceps usque ad  
 90. Et ostendit iste numerus gradus altitudinis et etiam declinationis,  
 et dicitur iste numerus descendens; alius autem numerus, qui est in  
 spatio interiori incipiens ab E ad B, ascendens; et ille numerus, qui  
 est in eodem ordine interiori procedens a [puncto] B versus Y, dicitur  
 numerus declinationis. (20) Et nota quod omnis numerus procedens  
 295 ab angulo E ad circumferentiam, tam in linea horizontis recti quam  
 in linea altitudinis, dicitur esse ascendens; ille autem, qui e converso  
 procedit a circumferentia ad angulum, dicitur descendens. Causa  
 autem huius imaginationis est cum imaginemur faciem huius instru-  
 menti esse nobis appositam, ita quod angulus E existat deorsum et  
 300 circumferentia sursum: tunc enim manifestum est quod numerus  
 procedens ab angulo E ad circumferentiam erit ascendens, et qui e  
 converso, descendens, et quod pars lineae altitudinis erit pars dextra  
 et pars lineae horizontis recti sinistra.

(21) *De descriptione horizontum.* Si horizontes describere volueris,  
 305 pone YK circumferentiam capricorni ut prius, et E centrum in  
 angulo, et ABCD circulum aequinoctialem completum; et circumfe-  
 rentia cancri sit VG, et sint L,M centra zodiaci ut prius. Tunc  
 computa a puncto C versus D latitudinem tuae civitatis, cuius hori-  
 zontem volueris describere, et sit CZ tua latitudo. Similiter computa  
 310 ab A versus B gradus eiusdem latitudinis, et sit ipsa latitudo AF. Tunc  
 protrahe diametrum ED in continuum et directum, ut ab E versus D  
 et ulterius satis longe. Postea fac lineam transeuntem per punctum C  
 et per Z; et ubi haec linea abscindet diametrum ED extra, pone  
 notam Mf. Deinde protrahe lineam transeuntem per punctum C et  
 315 per F, et ubi haec linea secabit diametrum EY, fac notam Nr. Tunc

---

LGRD 292 ascendens: dicitur a. TDM 293 puncto: LGRD dicitur:  
 etiam *add.* LR 298 cum (ut R) imaginemur: GR; quia nos i-amur T; cum (causa  
 L) i-etur *cell.*


301 qui: TP; que *cell.* 304 de descr.h.: GRD; de compositione h. VP; de  
 h-bus T; *om.cell.* 307 sint (sit M) lm (9z D); sicut liiii *Ga.c.*; sint 530 L 314 mf:  
 ms V; i(n) fTL 315 nr: m VT; n P; et L; *def.* B 316 nrmf: ut i(n) fL; mf M; nm

dividas lineam NrMf per duo aequalia, ut in puncto P; erit igitur P centrum partis septentrionalis horizontis. Deinde pone O in diametro EY tantum distare ab E, quantum distat P ab E; erit tunc O centrum partis meridionalis horizontis. – Aliter autem haec centra poteris  
 320 invenire, ut computando a [puncto] C versus D duplum latitudinis tuae regionis; et contingit istam [latitudinem] ulterius terminari in quartam DA, et sit ista latitudo dupla CI. Tunc pone lineam transeuntem per punctum C et per I, quae secabit diametrum ED in puncto P, qui erit similiter centrum partis septentrionalis horizontis  
 325 ut prius. Et semper ille punctus, qui tantum distat ab E in eadem diametro, erit centrum partis meridionalis horizontis.

(22) Adhuc aliter potes eadem centra invenire, et hoc facillime et modo certiori, ut cum linea EB fuerit divisa in suas partes latitudinis, tunc computa ab E versus B gradus tuae latitudinis; [et terminetur in  
 330 puncto Nr,] et sit ipsa latitudo ENr; tunc in diametro ED quaere centrum, supra quod describes circulum transeuntem per punctum C et per Nr; erit tunc circumferentia CNr pars septentrionalis horizontis. Deinde pone notam Q, ubi haec circumferentia CNr intersecat tropicum cancri, videlicet circulum VG. Postea fac lineam  
 335 rectam transeuntem a centro E et per punctum Q usque ad circulum capricorni, qui est circulus YK; et ubi haec linea recta abscindet circumferentiam illam YK, pone notam X. Deinde quaere in diametro EB centrum, supra quod describes circulum transeuntem per punctum C et per X; erit igitur circumferentia CX pars meridionalis  
 340 horizontis. Et erunt ista duo centra, sicut prius dictum est, aequidistantia a centro E in angulo. – Et ista duo centra potes in diametro BD artificialiter hoc modo invenire, ut protrahe lineam rectam a puncto C ad [punctum] Nr, et tunc divide eam per duo aequalia per 10<sup>am</sup> propositionem primi Euclidis, quod fiet per lineam transeuntem

---

TVP 318 distare: -antem T; -ante P 320 puncto: LGRD 321 istam: illam LD latitudinem: LGRD; altitudinem T; *om.cett.* terminari: TLGR; transire *cett.* 327 adhuc: autem *add.TP* 329 et terminetur (-entur R) in puncto nr (vr L; q T; m G): TLR, G(*ins.*), D(*post* latitudo enr) 330 enr (em G; cnr L): LGRD; eq *cett.* 331 describes: scribes TVP 332 nr (vr L): LGRD; q *cett.* cnr (cm G; cvr L): LGRD; cq (c q(uod) est B) *cett.* 333 q: LGRD; r *cett.* cnr (cvr L): LGRD; cq *cett.* 334 vg: vk D; ng TLG 335 q: LGRD; r *cett.* 342 hoc modo invenire (reperire D): i.h.m. BV; i. P 343 punctum nr (m G; vr L):



§ 21-22: Horizon.

Cf. D, 83v; G, 101v; M, 18r; P, 6r; R, 246v; V, 11v. Mostly superimposed on diagrams p. 605, with some stars marked in PRV.

345 orthogonaliter super hanc lineam rectam CNr, quae etiam inter-  
 secabit diametrum ED in puncto P. Erit tunc P centrum partis  
 septentrionalis horizontis, quod probari potest per octavam primi  
 Euclidis et per definitionem circuli. Et per eandem artem invenies in  
 350 linea EB centrum partis meridionalis horizontis, vel per aequedistan-  
 tiam a centro E ut prius, et sit hoc centrum O.

(23) Et similiter per praedictam artem centra omnium circulorum  
 horarum posses invenire in diametro EK: nam in ipsa linea EK  
 oportet haec omnia centra fieri aut in eius directo. Hoc autem sic  
 facies: cum diviseris circulum capricorni, videlicet circumferentiam  
 355 YK, in 6 partes aequales, tunc quaere in diametro EK centra per  
 artem praedictam, supra quae scribantur circuli transeuntes per  
 centrum E in angulo et per quamlibet 6 divisionum circumferentiae  
 YK. Et sic habebis 6 horas descriptas, quibus utimur pro 12 horis  
 inaequalibus, ut ipsas bis enumerando: ut cum fuerit ante meridiem,  
 360 illa quae est versus dextram dicetur prima, et sequens eam secunda,  
 et sic deinceps usque ad ultimam versus sinistram, quae dicitur sexta;  
 et iterum redeundo, ut post meridiem dicetur ipsa sexta septima  
 hora, et quinta octava, et sic deinceps. –

(24) Et sicut describitur circulus sextae horae supra diametrum EK,  
 365 eodem modo scribatur circulus oppositi vel circulus zenith supra  
 diametrum EY.


(25) *De scala altimetra.* Iam restat describere scalam altimetram,  
 quae sic fiet: Divide per duo aequalia tropicum capricorni, videlicet  
 circulum YK, et sit punctus If medium divisionis. Tunc protrahe  
 370 lineam rectam a centro E ad If, et sit punctus H ubi haec linea EIF  
 abscindet interiorem circulum scriptum infra circulum BK sibi  
 aequedistantem, qui [circulus BK] est pars meridionalis zodiaci.  
 Deinde fac circulum supra centrum E secundum quantitatem EH, et  
 ubi iste circulus abscindet diametrum EY, fac notam Ts; et ubi etiam

---


LGRD; q *zett.* 345 cnr (cm GL): LGRD; cq *zett.* 347 per oct. (regulam L)  
 primi eu.: LGRD; per quartam et p.o.pr.eu. BM; per quartam (propositionem *add.*  
 T) pr.eu. et per o. TVP

357 circumferentiae: circuli TVP 360 prima: hora *add.* TVP 364-6 et  
 sicut--diametrum ey: *om.* G 365 eodem modo: sic TVP; *def.* G vel circulus  
 (-um L) zenith: id est zenith T; *def.* G; *om.* VP 367 de scala altimetra: TGR; de  
 compositione (descriptione D) sc-ae a-ae DVP; *om.* *zett.* 368 divide: dividendo  
*omnes* 370 if: f T; i VP eif: ef T; ei VP 372 aequedistantem: propiorem





§ 23-24: Hour-circles and *circulus zenith*.  
Witnesses as for p. 603.



§ 25-26: *Scala altimetra*.  
Cf. D, 84r; G, 101v; P, 6r; R, 246v; V, 11v.

375 idem circulus abscindet diametrum EK, pone notam Hl. Tunc  
 protrahe lineam rectam a puncto Ts ad punctum Hl, et ubi haec  
 linea abscindet lineam EH, sit punctus S. Tunc describe circulum  
 [supra centrum E] secundum quantitatem ES, et ubi iste circulus  
 abscindet lineam EY, sit punctus N, et ubi etiam iste circulus  
 380 abscindet lineam EK, sit punctus T. Tunc a puncto T protrahe lineam  
 rectam ad punctum H, et a puncto N protrahe lineam rectam  
 similiter ad punctum H. Tunc dico istum quadratum ENHT esse  
 aequilaterum et rectangulum. Et potes etiam constituere istum qua-  
 dratum dividendo lineam EH per duo aequalia, quod fiet per lineam  
 385 perpendiculararem per  $10^{\text{am}}$  primi Euclidis, quae de necessitate transiet  
 per punctum T et N. (26) Postea protrahas duas lineas infra latus HN  
 aequedistantes ei, quae constituent duo spatia, quorum exterius sit  
 interiori minus; nam in eo ponentur divisiones punctorum, in  
 interiori autem ponentur ipsorum numeri. Et has lineas aequae-  
 390 distantes facilius hoc modo constitues, ut protrahe diametrum TN;  
 tunc pone duo puncta in illa diametro TN versus N. Deinde pone in  
 diametro EH versus H duo puncta tantum distantia a puncto H,  
 quantum alia puncta distabant ab N. Tunc protrahentur duae lineae a  
 punctis positis in diametro EH ad puncta posita in diametro TN; et  
 395 fient sic istae lineae adinvicem et etiam lateri NH aequedistantes.  
 Eodem autem modo constitues [duo] spatia infra latus TH. – Tunc  
 divide latus NH in 12 partes aequales, et etiam latus TH [in 12 partes  
 aequales]. Tunc ab unaquaque istarum divisionum trahantur lineae  
 ad eius aequedistantem sibi propiorem, quod facies ponendo re-  
 400 gulam supra punctum E et supra quamlibet divisionem; et sic  
 habebis divisiones omnium punctorum. Tunc pone regulam in fine  
 tertii puncti et supra centrum E, et trahas lineam secantem illa duo  
 spatia; et sic facies in fine sexti, et sic deinceps, donec quodlibet latus  
 fuerit sic divisum in 4 partes, quarum quaelibet tria puncta contine-  
 405 bit. Et in prima illarum partium versus N scribatur numerus  $3^{\text{us}}$  et in  
 secunda  $6^{\text{us}}$  et in tertia  $9^{\text{us}}$  et in quarta versus H  $12^{\text{us}}$ . Eodem modo

MBVP circulus bk (yk T): TLD,R(*post est*) 375 abscindet: -dit R; *om.* L 378  
 supra centrum e: TLGR 381 n: 1 VP 382 istum: illum LR; istud M  
 383 aequilaterum: quadril. VP; quadratum *add.*T 386 protrahas: protrahe  
 TVP; trahes L hn: hl TVP 389 numeri: LGRD; minuta *cell.* 391 illa:  
 illo TLMB 394 positus: *om.*VP 396 duo: GR 397-8 in 12 par.aeq.: VP

scribas istos numeros in latere TH, ut procedendo etiam a T versus H, et enumerabunt isti numeri puncta utriusque lateris scalae altimetrae. Et notandum quod latus TH est latus umbrae rectae, latus  
410 autem NH est latus umbrae versae [et hoc secundum artem et usum communem].

(27) *De stellis fixis ponendis.* Cum stellas fixas iam situare volueris, oportet te habere tabulas stellarum fixarum; et quia diversae tabulae stellarum inveniuntur, ideo diversi sunt modi situationis stellarum.  
415 Nam duae tabulae inveniuntur, quarum una sumit gradum stellae in zodiaco, qui ibi dicitur gradus longitudinis stellae, et est ille cum quo stella caelum mediat; latitudo autem stellae scripta in eadem tabula est distantia inter illam stellam et circulum aequinoctialem, quae distantia sumitur in circulo transeunte per polos mundi vel primi  
420 mobilis et per stellam. Sunt enim gradus latitudinis stellae illi gradus in circulo transeunte per polos et per stellam, qui intercepti sunt inter stellam et aequinoctialem. -

In alia autem tabula sumitur pro gradu longitudinis ille gradus zodiaci, supra quem cadit circulus transiens per polos zodiaci et per  
425 stellam, et ille gradus dicitur esse verus gradus stellae; latitudo vero stellae in illa tabula est distantia in eodem circulo inter stellam et verum gradum longitudinis eius [existentem in ecliptica].

(28) Si vero ambas istas tabulas habueris, potes stellas fixas hoc modo situare: Vide utrum verus gradus illius stellae, quam stellam  
430 situare volueris, sit in meridionali parte zodiaci, ut in circulo BK, vel in septentrionali, ut in circulo BG. Nam si sit in meridionali, protrahe lineam rectam a centro partis meridionalis zodiaci, ut a puncto L, ad verum gradum suae longitudinis; et inde a centro E in angulo trahatur linea recta ad illum gradum, cum quo ipsa stella caelum  
435 mediat; et ubi istae duae lineae se intersecabunt, ibi erit locus illius stellae. Si autem fuerit stella in parte septentrionali, operare a puncto

---

406 et i.t.9<sup>us</sup>: om.VP 410 est latus: om.V; def.P et hoc (om.L)--commu-  
nem: LGRD; def.P 412 de stellis f.p.(imp.D): GRDVP; de situatione stellarum  
fixarum T; om.LMB 414 sunt: om.LP; def.B 416 et est ille (i.e. L): LGRD;  
videlicet illum (ille gradus M) cett. 427 eius existentem (-te T; exeuntem D) in  
ecliptica: TLGRD; <<in ecl.>> eius P; eius cett. 429 verus (illius v. G)--stellam (om.  
TD): TLGRD; illa stella quam MBVP 430-1 in meridionali--bg: TLGRD; meri-  
dionalis ab aequinoctiali vel septentrionalis (-ali M) MBVP 431 in meridionali


M, sicut operatus es a puncto L. **(29)** Eodem autem modo operari posses per lineam circularem transeuntem per polum zodiaci et per verum gradum longitudinis stellae <et per eius nadair>, et per lineam  
 440 rectam transeuntem per polum E in angulo et per gradum, cum quo ipsa stella caelum mediat: nam ubi ista linea recta aliam lineam circularem intersecabit, erit locus stellae. – Polum autem zodiaci hoc modo potes invenire: Computa in aequinoctiali a puncto D versus C 24 gradus fere, videlicet totam declinationem, et sit ipsa tota  
 445 declinatio DZ. Tunc a puncto Z trahatur linea recta ad punctum B in aequinoctiali; et ubi ista linea BZ abscindet diametrum EK, erit polus partis meridionalis zodiaci. Eodem modo invenies polum partis septentrionalis zodiaci, ut computando 24 gradus fere a [puncto] D versus A, et terminetur in puncto I; tunc etiam a puncto I trahatur  
 450 linea recta ad punctum B: nam ubi ista linea [BI] intersecabit diametrum EA, erit polus partis septentrionalis zodiaci.

**(30)** Sciendum autem est quod isti duo modi situationis stellarum non sunt multum utiles: nam secundum istos modos stellae, quae sunt in solstitiis, ut in principio cancri vel in principio capricorni, non  
 455 possent situari: nam idem est circulus transiens per polos mundi et per illos gradus solstitiales cum circulo transeunte per polos zodiaci et per eosdem gradus, nec se intersecabunt; et etiam quia isti circuli transeuntes per istos diversos polos et per gradus existentes prope gradus solstitiales intersecant se secundum longas intersectiones, in  
 460 quibus verus locus intersectionis praecise non potest inveniri.

**(31)** Aliter autem potes stellas situare, ut cum descripseris circulum latitudinis stellae ab ecliptica, qui est aequedistans eclipticae, et cum protracta esset linea recta a centro E ad gradum, cum quo stella  
 465 caelum mediat: nam ubi haec linea recta illum circulum latitudinis intersecaverit, erit locus stellae. – Aliter etiam invenies locum stellae, ut si descriptus sit circulus latitudinis stellae ab aequinoctiali, qui aequedistans erit ipsi aequinoctiali, et cum descriptus etiam fuerit

---

(parte *add.*D) LGRD; meridionalis TMBVP **437** operatus es: operatum est *omnes* **444** gradus: *om.*LG videlicet: LGR; scilicet (secundum D) *cett.* **445** dz: vz D; dy vel dz T; d9 MBVP z: LGRD; 9 *cett.* **446** bz: GRD; abz L; b9 MB; *om.*TVP abscindet: intersecabit TVP **448** puncto: LGRD **449-50** et terminetur--punctum b: TLGRD; et trahendo lineam a fine illorum graduum (*om.*B) ad punctum etiam b MBVP **450** bi: R; br D; ei L; *om.cett.* intersecabit: -cat D; abscindet TVP **454** principio (*bis*): TVP; primo (*gradu add.*M) *cett.*



§ 28 (*l.* 428-36): Construction (wrong) of stellar position.  
§ 29 (*l.* 442-51): Poles of ecliptic.

circulus transiens per verum gradum longitudinis stellae et per eius nadair et per polum zodiaci ], vel etiam cum protracta fuerit linea  
 470 recta a centro zodiaci ad verum gradum stellae]; et ubi iste circulus  
 [vel ista linea recta] intersecabit circulum latitudinis stellae ab  
 aequinoctiali, ibi erit locus stellae. - Alio autem modo has stellas  
 situabis, si solummodo habeas illam tabulam, in qua scribitur verus  
 gradus longitudinis stellae et latitudo stellae ab ecliptica. Nam tunc  
 475 oportet scribere circulum latitudinis stellae ab ecliptica et circulum  
 transeuntem per verum gradum longitudinis stellae et per eius nadair  
 et per polum zodiaci: nam ubi iste circulus ostendens veram  
 longitudinem stellae intersecabit circulum ostendentem eius latitudi-  
 nem ab ecliptica, ibi erit locus stellae.

480 **(32)** Ars autem inscribendi hunc circulum latitudinis stellae ab  
 ecliptica est, ut videas utrum


latitudo stellae ab ecliptica sit septentri-  
 onalis ab ecliptica vel meridionalis. Nam  
 si sit septentrionalis ab ecliptica et fuerit  
 485 minor tota declinatione, quae est 24 gra-  
 duum fere, tunc subtrahe illam latitudi-  
 nem stellae a tota declinatione, et residui  
 quaere similem numerum graduum et  
 minorum in quarta CB, computando a  
 490 C versus B, et signetur terminus nu-  
 meri. Deinde trahatur linea recta a  
 puncto B ad terminum praehabiti nu-  
 meri et ulterius in continuum et direc-  
 tum usque ad lineam CK; et ubi ista  
 495 linea intersecabit lineam CK, ponatur  
 nota. Postea adde eandem latitudinem  
 stellae ab ecliptica toti declinationi;  
 deinde quaere similem numerum nu-  
 mero proveniente in quarta AD, com-

verus gradus illius stellae,  
 cuius circulum latitudinis  
 componere intendis, sit  
 in parte septentrionali  
 zodiaci, ut in circulo BG,  
 aut in parte meridionali  
 zodiaci, ut in circulo BK;  
 et si sit in parte septentri-  
 onali zodiaci, considera  
 etiam, utrum ipsa stella  
 sit septentrionalis a sua  
 ecliptica aut meridionalis;  
 nam si sit septentrionalis,  
 tunc gradus suae latitudi-  
 nis ab ecliptica computa  
 in circulo capricorni,  
 computando vero a di-  
 recto puncti A versus di-

cancri ... capr.: capr. ... cancri VP **469-70** vel etiam--stellae: TLGRD **470-1**  
 et ubi--circ.--recta: LGRD; ubi ista l.r.v. iste circ. T; et ubi--circ. *cett.*

**482-573 (col.a)**: T,VP,BMQC,E,A; **(col.b)** T,LGRD; **(a+b)** *hoc ordine habet* T. *Pro*  
**(a)** *tacite secutus sum* VP, *pro* **(b)** R, *nisi soli stant.* **484b** intendis: -das GD **486-**

**8b** bg--circulo: om.TG **487a** residui: -duum TPQC **488a** numerum: om.P  
**491a** deinde: de V **499b** directum(-tam G): punctum R



§ 32 (l. 509a-532a): Circle of stellar latitude.

- 500 putando ab A versus D; et a loco, ubi  
finitur iste numerus, protrahatur linea .  
recta ad punctum B; et ubi ista linea  
abscindet diametrum EA, pone similiter  
notam. Tunc inter istam notam et notam  
505 prius inventam quaeras centrum in me-  
dio, supra quod describas circulum  
transeuntem per ambas notas; et hic erit  
circulus latitudinis stellae ab ecliptica. –  
Si vero haec latitudo stellae fuerit maior  
510 tota declinatione, oportet ab ea auferre  
totam declinationem ad inveniendum  
primam notam in diametro EC; et inde  
oportet quaerere similem numerum  
numero remanenti post subtractionem  
515 in quarta CD, computando a C versus  
D; et a termino istius numeri ad punc-  
tum B oportet protrahere lineam rectam  
ut prius; et ubi haec linea abscindet dia-  
metrum EC, erit prima nota. Deinde  
520 eandem latitudinem stellae adde toti de-  
clinationi ut prius, et quaere similem  
numerum numero provenienti in quarta  
AD, computando ab A versus D; et inde  
a termino istius numeri ad punctum  
525 etiam B trahatur linea recta; et ubi haec  
linea intersecabit diametrum EA, erit se-  
cunda nota. Tunc sicut prius supra cen-  
trum in medio constituas circulum  
transeuntem supra primam notam et se-  
530 cundam, quae dicuntur puncta summi-  
tatis latitudinis stellae; et hic erit circulus  
latitudinis stellae ab ecliptica.
- rectum D, et a loco in  
circulo capricorni, ubi  
iste numerus latitudinis  
terminabitur, trahatur  
linea recta ad punctum B  
in aequinoctiali; et ubi  
ista linea diametrum AE  
intersecabit, pone aliqu-  
am notam. Tunc similiter  
eosdem gradus latitudinis  
ab ecliptica computa in  
circulo cancri, et com-  
puta a directo C versus  
directum D; et a termino  
istius numeri in circulo  
cancri trahatur linea rec-  
ta ut prius ad punctum B  
in aequinoctiali; et ubi  
haec linea diametrum EC  
intersecat, pone etiam  
notam. Tunc in ista ea-  
dem diametro AC quaere  
unum punctum in medio  
aequaliter distantem a  
prima nota et secunda,  
supra quem describes cir-  
culum transeuntem per  
primam notam et secun-  
dam, qui erit circulus la-  
titudinis stellae quaesitus.  
Eodem autem modo de-  
scribes hunc circulum lati-  
tudinis, si sit meridionalis

**503a** ea: eb(eq *Ep. c.*) omnes  
ae: ac R **511a** ad: *ins.* P  
**525b** quem: quam TLGRD  
P **528b** latitudinis: *om.* R

**506a** describas(-bes T): scribas PEA **506b**  
**514a** subtractionem: *om.* E; additionem *cott.*  
**526a** ea: eb(eq *Ep. c.*) omnes **527a** tunc: et tunc  
**531b** hunc circulum: c. h. T; c. LD **538b**



Si autem haec latitudo stellae fuerit meridionalis ab ecliptica, et si fuerit  
 535 minor tota declinatione aut maior, oportebit ipsam latitudinem solummodo addere toti declinationi ad inveniendum primam notam summitatis latitudinis; et inde quaeratur similis numerus numero  
 540 proveniente in quarta CB, computando a C versus B, et signetur terminus istius numeri. Deinde protrahe lineam CK in continuum et directum extra, ut a C versus K prolongetur ulterius. Tunc protrahe lineam rectam transeuntem per  
 545 punctum B et per terminum numeri, et ubi ista linea abscondet lineam BK extra, erit prima nota. – Secundam vero notam hoc modo inuenies: Vide utrum illa latitudo meridionalis ab ecliptica sit minor  
 550 tota declinatione vel maior. Nam si sit minor, oportet ipsam latitudinem a tota declinatione auferre; et tunc quaeratur numerus similis numero remanenti in quarta AD, computando ab A versus D; et inde operare ut prius, trahendo semper lineam rectam a puncto B ad terminum numeri. – Si vero ipsa latitudo sit  
 560 maior, ab ipsa subtrahe totam declinationem, et numero remanenti quaeras similem numerum in quarta AB, ut computando ab A versus B. Deinde prolongetur diameter EA, ut trahatur ipsa diameter in continuum et directum ab E  
 565 versus A et ulterius extra; et inde protrahe lineam rectam per punctum B et ab eadem parte eclipticae septentrionali, nisi quod computabis latitudinem ab ecliptica, incipiendo a directo puncti A et a directo puncti C, tendendo versus punctum B; et a puncto B in aequinoctiali oportet trahere lineas rectas ad terminos numeri latitudinis ut prius. Et eodem etiam modo describes circulum latitudinis stellae, si verus gradus illius stellae sit in parte meridionali zodiaci, ut in circulo BK, sive sit latitudo septentrionalis a sua ecliptica sive meridionalis, nisi quod numerus latitudinis, qui incipit a directo A, computabitur in circulo cancri, et qui incipit a directo C, computabitur in circulo capricorni; prius tamen e converso fuit operandum; et etiam oportet trahere lineas rectas ostendentes ipsas notas in diametro CA ut prius a puncto B in aequinoctiali ad terminos numeri latitudinis ab ecliptica.

tendendo: tendentem(-nte GR) TGRD; redeunte L 539a numero: om.VPA

540-1a a c: aac V 547a extra: om.P

557a semper: om.PE rectam: om.P 558b e converso: e contrario TG  
 559b et etiam: ut etiam TD 563a diameter: -trum PC 582 vel--minuta:

per terminum numeri; et ubi haec linea  
abscindet lineam EA extra, ibi erit se-  
cunda nota summitatis latitudinis stellae.

570 Tunc quaere circulum transeuntem per  
primam notam et per secundam, ut  
prius fecisti, qui erit circulus latitudinis  
stellae ab ecliptica.

(33) Omnibus autem praehabitis modis potes faciliori modo et  
575 certiori stellas fixas situare per illam solam tabulam, in qua ponitur  
gradus, cum quo stella caelum mediat, et latitudo stellae ab aequi-  
noctiali: ut computa in linea altitudinis similem latitudinem latitudini  
stellae ab aequinoctiali; quae si fuerit septentrionalis, computa eam a  
capite arietis vel ab aequinoctiali versus septentrionem, ut a B versus  
580 E; sed si ipsa latitudo fuerit meridionalis, tunc computa eam versus  
meridiem, videlicet a B versus Y; et ubi terminabitur numerus gra-  
duum huius latitudinis, vel minorum si sint ibi minuta, ponatur  
nota. Tunc pone pedem circini immobilem in centro E, et alium  
extendas ad illam notam latitudinis, et describe circulum secundum  
585 illam quantitatem, qui erit circulus latitudinis stellae ab aequinocti-  
tiali. Postea protrahe lineam rectam a centro E ad gradum, cum quo  
stella caelum mediat; et ubi haec linea intersecabit illum circulum  
latitudinis, ibi erit locus stellae.

(34) Cum igitur has stellas notas sic situaveris, oportet te ultimo  
590 ponere unum clavum subtilem in centro E in angulo, ad quem  
ligabis perpendiculum cum aliquo filo parum longiori toto latere  
quadrantis, cui filo apponatur una margarita vel duae, quae almuri  
vocantur, ut patet in praesenti figura.

(35) *De figuratione dorsi.* Postquam facies instrumenti sit perfecte  
595 figurata, restat iam eius dorsum figurare et constituere in eo circu-  
lum signorum et circulum mensium et mansiones lunae.

Primo autem circulum signorum sic describes: Protrahe lineam  
rectam ab angulo instrumenti ad circumferentiam sibi oppositam,

---

om.VP 583 alium (-am B); pedem add.TVP 585 erit: est VP 591 liga-  
bis: -bitur VP 593 vocantur: dicuntur VP; dicuntur vel v. T 593 patet in  
pr.fi.: GRB; in pr.pa.fi. L; pa.in fi.ex opposito M; patet (-tebit T; -tuit D) in fi. cett.  
594 de fig. dorsi (capitulum add.G): TGR; de (sequitur de D) compositione dorsi  
VPD; om.BML sit perfecte: GRDV; p.sit Ta.c.,M; p.fuerit Tp.c.; fit p. BP; alia L

600 dividendo ipsam circumferentiam in duo media, et sit ista linea DB,  
et sit D versus angulum et B versus circumferentiam. Deinde quaere  
centrum in hac linea DB, et sit centrum E, supra quod describes  
maiorem circulum qui fieri potest in superficie dorsi, et sit iste  
circulus ABCD. Et diametretur iste circulus duabus diametris, consti-  
605 tumentibus circa centrum E 4 angulos rectos, quod facies per 10<sup>am</sup>  
primi Euclidis, ut dividendo diametrum DB per duo aequalia; et erit  
ista diameter dividens AC. Diameter igitur AC et diameter DB divi-  
dent circulum ABCD in 4 partes aequales, quod patet per 25<sup>am</sup> tertii  
Euclidis.

(36) Deinde supra idem centrum E describas alium circulum infra  
610 circulum ABCD prope eum, ut sit inter istos duos circulos unum  
gracile spatium, in quo scribentur divisiones graduum. Adhuc infra  
interiorem circulum scribentur alii duo circuli supra idem centrum E,  
occupantes maiora spatia, in quibus scribentur nomina signorum et  
numeri graduum: nam in spatio interiori debent scribi nomina  
615 signorum. Igitur oportet illud spatium solummodo dividere in 12  
partes aequales, ita quod quaelibet quarta dividetur in tres partes  
aequales; et in qualibet istarum partium scribatur nomen unius signi,  
ut scribatur 'aries' in illa parte, quae est versus punctum A in quarta  
AD, et in sequente in eadem quarta scribatur 'taurus', et in tertia,  
620 quae terminatur in D, scribantur 'gemini', et sic deinceps, ut patebit  
in figura.

Postea divide totum circulum ABCD in 360 partes aequales, quae  
gradus zodiaci dicuntur; et divide etiam spatium exterius per istos  
singulos gradus. Spatium autem medium, in quo scribentur numeri  
625 graduum, dividatur per partes continentes 5 gradus. Et facies omnes  
istas divisiones, sicut fecisti divisiones limbi vel aequinoctialis in facie  
huius instrumenti. Et sicut ibi scriptus erat in zodiaco numerus  
uniuscuiusque signi procedens per 5 vel per 10, quod melius est, et  
non extendit se ultra 30, sic oportet penitus hic fieri, nisi in hoc,  
630 quod non oportet ipsos numeros signorum procedere eundo et  
redeundo ut prius: nam quodlibet signum habet hic suum proprium  
locum, ibi vero quattuor signa in eodem loco situabantur.

---

599 in: per VP

606 diameter;: linea TV; *om.*P 625 dividatur: dividantur LGM 630  
ipso: istos B; ipsas G; *om.*L 632 loco: *om.*LGR 637 arietis illius zodiaci:

(37) Postea fiat circulus supra idem centrum E infra circulum interiore, satis distans ab eo, ut constituat unum magnum spatium, in quo ponentur divisiones mansionum et earum constellationes. Et sunt istae mansiones 28 partes aequales ipsius zodiaci octavae sphaerae, quae incipiunt a principio arietis illius zodiaci et finiuntur in eodem; propter quod expedientius est ipsas mansiones incipere in directo 10<sup>mi</sup> gradus et 14<sup>mi</sup> minuti signi arietis, quia in tantum motu octavae sphaerae motum est ulterius initium arietis octavae sphaerae ab initio arietis nonae sphaerae. Et cum complete divideris istas mansiones, pone in unaquaque suam constellationem et suum nomen, ut patet in figura.

(38) Et quia iam restat describere circulum mensium, cuius centrum distare oportet a centro E, quantum centrum mundi vel primi mobilis distat a centro deferentis solis – quae distantia secundum Ptolomaeum est 25<sup>a</sup> pars semidiametri deferentis solis, sed secundum dictum Azarchelis, quod pro veriori iam reputatur, ipsa distantia centrorum est 30<sup>a</sup> pars [semidiametri] ipsius deferentis [solis] – sed ad inveniendum locum, ubi hoc centrum debeat situari circa centrum E, oportet scire, in directo cuius gradus zodiaci ipsius nonae sphaerae sit aux deferentis solis. Cuius scientia est, ut addas motum octavae sphaerae supra locum augis in zodiaco ipsius octavae sphaerae, qui semper est in 17° gradu et 50° minuto geminorum; adde igitur sibi hunc motum octavae sphaerae, qui in 10 gradibus et 14 minutis sensibilter est repertus in hoc tempore [nostro], quo computantur anni ab incarnatione Christi 1293 [perfecti]; et ex hac additione habebis ipsam augem in 28° gradu et 4° minuto geminorum. (39) Tunc ab illo gradu geminorum et minuto protrahe lineam rectam subtilem ad centrum E; et sit punctus O, ubi haec linea abscindet interiorem circulum, qui constituebat spatium mansionum. Deinde divide lineam EO in 32 partes aequales; tunc in fine illius

---

ipsius arietis scilicet octavae sphaerae R; ipsius sphaerae (*post* arietis G) scilicet 8 arietis (-ti L) LG; ipsius arietis M 639 14: 10 LGR 640 sphaerae<sub>2</sub>: *om.*LG; *def.*P 643 patet (-tit G): LGR; patebit *cett.* 644 et: ut G; nunc L 645 distare oportet: o.d.tantum D 649 semidiametri: D 650 solis: LGRDM 651 circa: contra LP 654 17: 7 L; 15 B 50: 5 TL; 15 V 656 14: 10 LGR minutis: TLRD; -to VP; *abbr.cett.* nostro: LGR 657 1293: 1393 L; 1243 *Pa.c.* perfecti: LRD; perfructi G; *om.cett.* 658 28: 27 T; 38 L et 4° minuto: et 19° m. T; *om.*LGR 659 et minuto: *omnes* 660 rectam (*om.*L): et

partis, quae incipit ab O, pone P, et sit illa pars OP. Deinde pone M  
 in fine illius partis, quae est versus E, quae erit pars EM. Postea pone  
 665 pedem circini immobilem in puncto M et describe circulum secun-  
 dum quantitatem MP, qui erit circulus PT ], et erit circulus]  
 mensium. Deinde describe infra istum circulum 3 circulos occupan-  
 tes 3 spatia, ut prius fecisti infra circulum signorum; et pone in istis  
 670 spatiis divisiones dierum et earum numeros et nomina mensium  
 penitus sicut prius posuisti in ipso circulo signorum gradus et  
 numeros et nomina signorum, nisi in hoc, quod oportet circulum  
 istum dividere in 365 partes, quae erunt divisiones dierum anni  
 solaris. Et erunt igitur quantitates mensium adinvicem inaequales:  
 675 nam aliqui constabunt ex 31 diebus, ut Ianuarius Martius Maius  
 Iulius Augustus October et December, sed omnes alii solummodo 30  
 habebunt dies, praeter Februarium, qui nisi 28 habet dies.

(40) Sed quia inepta est divisio alicuius circuli in 365, igitur  
 expedit considerare, quibus 15 diebus respondent 15 gradus zodiaci  
 praecise secum finiendo et inchoando, qui iam inveniuntur esse  
 680 ultimi 15 dies Septembris: nam cum ipsis ultimis 15 diebus Septem-  
 bris primi 15 gradus librae incipiunt et finiuntur.

Igitur pone regulam supra centrum E et supra initium librae et  
 protrahe lineam rectam; et ubi haec linea abscondet circulum men-  
 sium, videlicet circulum PTF, sit punctus T. Deinde pone etiam  
 685 regulam supra centrum E et supra finem 15<sup>i</sup> librae <et protrahe  
 lineam rectam>; et ubi haec linea abscondet eundem circulum PTF,  
 pone punctum F. Tunc divide circumferentiam TF in 15 partes  
 aequales, qui erunt ultimi 15 dies Septembris. Deinde divide resi-  
 duum, videlicet circumferentiam FPT, in 350 partes aequales; et sic  
 690 iste circulus PTF divisus erit in 365 dies. Tunc attribue unicuique  
 mensi suos dies et suum numerum dierum et suum nomen; et sic  
 incipiet October a puncto F, procedendo versus P.

(41) Postea pone unum parvum clavum in centro E, ad quem  
 ligabitur filum. – Tunc ultimo oportet facere pinnulas, quae sunt  
 695 duae parvae tabulae oblongae, in quibus ponentur duo foramina, ita

---

*add.* LGRM 663 pone p: *ante* in fine TDBVP 666 et (*hic add.*M) erit circulus:  
 LGRM 667 describe: scribe LBP 674 diebus: die LGRM 675 et de-  
 cember: dec. RP; *om.*G 676 nisi: non nisi *Tp.c.* 678 zodiaci praecise: p.  
 GM; *om.*L 686 linea: regula LGRM 688 deinde: et inde LGR; et deinde M

ut foramen unius foramini alterius sit aequedistans in sursum et deorsum et a latere. Et situentur istae pinnulae retro latus horizontis recti, ut earum foramina sint ipsi lineae horizontis recti aequedistantia.

700 His igitur omnibus factis completum erit instrumentum et ad omnes suos usus et utilitates aptum et paratum.

(42) *Secunda pars huius libri, quae est de utilitatibus, continens 13 capitula. Capitulum 1<sup>m</sup>, ad sciendum locum solis et mansionem lunae in quolibet die.*

Cum sciveris mensem Romanum et diem eius et volueris scire, in quo signo sit sol et in quo gradu eius in illo die, pone filum quod est in dorso super diem quem habes, et nota, super quem ex gradibus signorum cadat filum, quoniam ille denotat locum solis in illo die et similiter monstrabit tibi mansionem solis.

710 Quod si velis scire mansionem lunae, scito mansionem, in qua fuit sol in coniunctione cum luna, et numera ab illa mansionem dies qui praeterierunt a coniunctione; et ubi terminatur numerus dierum, denotabit mansionem lunae in illo die, si prima mansio incipiat a 10° gradu et 14° minuto arietis; sed si ipsa incipiat a principio arietis, tunc oportet retroponere gradum coniunctionis per 10 gradus et 14

715 minuta, et tunc oportet computare ab illo loco diaetas lunae ut prius, et sic habebis mansionem lunae. Est tamen sciendum quod hoc dictum est minus proprie, eo quod luna non peragrat omni die aequaliter, et quia etiam in uno die non pertransit unam mansionem tantum, sed potius in 23 horis et 25 minutis horae.

720 Cum autem inveneris locum solis in dorso, nota eundem locum vel gradum in eodem signo in circulo signorum in facie instrumenti descriptum; et ex hoc facies demonstrationes tuas, sicut placebit tibi.

(43) *Capitulum 2<sup>m</sup>. De elevatione uniuscuiusque gradus zodiaci et horis et partibus earum.* Cum altitudinem arietis scire volueris, vide ubi

695 parvae: om.TBVP foramina: om.LG 700 et ad: ad LRD 702-3  
secunda--die: ita GR; de ceteris inscriptionibus vide praef.

705 in illo die (om.P): om.Pr 707 quoniam: quia R; quem L; om.M 709  
fuit: LGRM; fuerit cett. 712 de-bit m-onem: de-bitur m-o TPr 712-6 si pri-  
ma--mansionem lunae: om.Pr 713-4 14,14: 10,10 LGR; def.Pr 718-9 et  
quia--horae: om.Pr 720 inveneris: invenis LGR; def.Pr 722 placebit:

725 terminatur ille horizon in linea altitudinis, respectu cuius hoc quae-  
rere volueris; et illud, quod ibi erit ex gradibus descendentibus inter  
illum locum et caput arietis et librae, demonstrabit maximam altitu-  
dinem solis in meridie, ipso existente in principio arietis et librae in  
illo horizonte; illud vero, quod interceptum erit ex gradibus ascen-  
730 dentibus inter locum illius horizontis et polum septentrionalem, erit  
latitudo villae illius horizontis, in quo quaeris altitudinem arietis.

(44) Si vero velis scire altitudinem solis in meridie in quolibet ex  
gradibus circuli signorum in eadem latitudine, pone filum super  
illum gradum, cuius altitudinem scire volueris in meridie, et pone  
735 ibidem almuri, scilicet in illo gradu in ecliptica, et inde duc filum,  
almuri immobili existente, donec venerit almuri super gradus descen-  
dentes in linea altitudinis; et numerum graduum, quem ibi inveneris,  
adde numero prius denotanti altitudinem capitis arietis in illo hori-  
zonte, si fuerit in gradu signi septentrionalis; et numerus productus  
740 denotabit altitudinem solis in illo gradu in meridie. Quod si fuerit  
altitudo quam quaeris in parte meridionali, pone almuri super  
gradum illum, cuius quaeris altitudinem in meridie; deinde duc  
almuri super lineam altitudinis; et quos abscindat ibi ex gradibus  
declinationis, subtrahe ab altitudine capitis arietis illius loci; et quod  
745 remanebit, denotabit altitudinem illius gradus in meridie.

(45) Quod si velis scire maiorem ascensum alicuius ex stellis positus  
hic, pone super eam almuri, deinde duc eum ad lineam altitudinis; et  
si cadat in parte septentrionis, adde illud, quod ibi inveneris,  
altitudini capitis arietis in illo loco; et si in parte meridionalis declina-  
750 tionis, subtrahe illud ab eadem altitudine; et quod supererit facta  
additione vel subtractione denotabit altitudinem in illo loco.

(46) Quod si velis scire altitudinem solis in quacumque hora, scito  
altitudinem solis in meridie illius diei, et quaere similem numerum  
sibi in aequinoctiali circulo, et pone ibi filum; et tunc vide, in quo

---

placuerit T; patebit LDV 723-4 cap.--earum: GR; de altitudine uniuscuiusque  
gradus signorum (inveniendo *add.*D) capitulum secundum (c.s. *ante* de alt. P) DVP;  
de altitudine arietis invenienda T; *om.*LB; *alia* Pr 723-31 (§ 43); *aliter* Pr 726  
ibi erit: erit ibi LP; exit tibi D; *def.*Pr 733 in eadem lat.: *om.*B; villae si fueris in  
parte 7trionali *add.*Pr 735 scilicet--ecl.: *om.*Pr 739 si fuerit--7trionalis: *om.*  
Pr 743 abscindat: -det TBPr 747 eam: eum BPr 748 septentrionis:  
-onalis (-li D) LDPr

752 quacumque: qualibet LR; *def.*G 755 meridionalem: lineam m. D; circu-

755 loco abscindat filum meridionalem, scilicet finem sextae horae, et  
 pone ibi almuri. Consequenter pone taliter instrumentum ad solem,  
 donec per foramina utriusque tabulae transeat radius solaris; et ubi  
 cadit filum tunc in aequinoctiali, erit altitudo solis in illa hora; et  
 almuri denotabit tibi tunc horam praesentem, si videris super quam  
 760 cadat et quam ex eis abscindat.

Et si velis scire, quot partes transierunt illius horae, pone almuri  
 super principium illius horae, et vide altitudinem eius, notando  
 locum abscissionis fili in aequinoctiali; et hanc altitudinem auferas ab  
 altitudine praehabita, et residuum serva, si sit ante meridiem; sed si  
 765 sit post meridiem, auferas solis altitudinem ab altitudine finis illius  
 horae. Deinde pone almuri supra finem eiusdem horae, et nota eius  
 altitudinem in aequinoctiali sicut prius. Tunc considera differentiam  
 inter istam altitudinem et inter altitudinem principii huius horae,  
 quia fere in eadem proportione est residuum prius reservatum ad  
 hanc differentiam, in qua est illud quod abiit ex hora ad horam.  
 770

(47) *Capitulum 3<sup>m</sup>. Ad sciendum declinationem uniuscuiusque gradus circuli  
 signorum.* Cum declinationem graduum signorum scire volueris, scias  
 quod portio intercepta lineae altitudinis inter principium vel caput  
 capricorni et caput arietis et librae circuli medii denotat maiorem [et  
 775 maximam] declinationem zodiaci ab aequinoctiali; et similiter portio  
 intercepta inter caput arietis et librae circuli medii et caput cancri  
 paralleli superioris denotat maiorem [vel maximam] declinationem ex  
 parte alia.

Et si velis eam scire in quolibet gradu, pone filum supra gradum,  
 780 cuius declinationem scire volueris, et pone ibidem almuri. Deinde  
 duc filum ad lineam altitudinis; et si fuerit in parte septentrionali,  
 cadet supra gradus descendentes lineae altitudinis; si vero fuerit in

---

lum m. B scilicet--horae: om.Pr 758 cadit: cadet LG; cadat D 763-6 et  
 hanc--horae; om.Pr 765 solis altitudinem: LGR; ipsam cett.; def.Pr finis:  
 initii GR; def.Pr 767 in aeq.: om.Pr 768 inter<sub>1</sub>--horae: alia Pr 769 re-  
 siduum prius res.: altitudo prius accepta Tp.c., Pr 771-2 cap.--circuli signorum  
 (c.s.: declinationis G) GR; de declinatione signorum et cuiuslibet gradus eorum (om.  
 P) capitulum tertium (c.t. ante de decl. P) VP; ad inveniendum declinationem signo-  
 rum D; de declinatione solis T; om.LBPr 772 cum--scias: est igitur sciendum  
 Pr 774 maiorem et maximam: mai. vel max. Pr; max. D 775 aequinoctia-  
 li: ex parte meridionali add.D 777 maiorem vel maximam: Pr,cett.; max.D  
 778 alia: Pr,cett.; septentrionali D 779 supra: super TLRPr 782 supra:



meridionali, cadet in parte declinationis, et quod abscindet in parte declinationis vel lineae altitudinis, denotabit quantitatem declinationis illius gradus ab aequinoctiali.

**(48) Capitulum 4<sup>m</sup>. De arcu diurno et nocturno cuiuslibet gradus zodiaci et de quantitate horarum.** Cum arcum diurnum scire desideras, pone almuri supra caput cancri et duc ipsum, donec abscindat circulum horizontis, de quo volueris; et nota locum abscissionis fili super aequinoctialem exteriorem, computando gradus interceptos inter locum abscissionis et horizontem rectum, et adde illum numerum ad 90; et quod provenit ex tali additione, denotabit medietatem arcus diei longioris. Et vide quantitatem praedicti aequinoctialis a parte lineae altitudinis, quae denotabit medietatem arcus diei brevioris.

Quod si velis scire arcum diei in quolibet gradu ex gradibus circuli signorum, pone filum et eius almuri super illum gradum; deinde duc filum, donec cadat almuri super horizontem tuum. Et consequenter vide, quem abscindet filum in aequinoctiali exteriori; et si gradus, cuius quaeris arcum, fuerit in septentrionali parte respectu aequinoctialis, adde numerum repertum inter locum abscissionis et horizontem rectum ad 90; si vero fuerit in meridionali, minue eundem a 90; et quod supererit post talem additionem vel subtractionem, denotabit arcus medietatem illius diei. Unde si duplex eum, habebis arcum diei, et si minuas a 360, residuum denotabit arcum noctis. Quod si accipias sextam partem medietatis arcus diei, habebis quantitatem horae inaequalis in illo die; et si illam partem subtrahas a 30, habebis horam inaequalem illius noctis. Vel si divides arcum diei per 15, numerus quotiens ex divisione proveniens denotabit horas aequales illius diei; et si illae subtrahantur a 24, quod remanebit demonstrabit horas aequales illius noctis.

super TLPr **784** vel: *om.Pr* **786-7** cap.--et de (*om.G*) qu.ho.: GR; de arcu diurno cuiuslibet gradus zodiaci V; sequitur de inventione arcus diurni D; ad inveniendum arcum diurnum T; de altitudine cuiuslibet gradus zodiaci *Pa.c.*; ad sciendum arcum diurnum *Pp.c.*; *om.LB*; *alia* Pr **787** cum--desideras: *om.Pr* **788** supra: super TDBPPr **790-1** gradus--rectum: *aliter* Pr **791** ad: V; *om.cett.* **796** gradum: *om.GR*; *def.B* **799** sep.parte: p.s. DPr respectu aeq.: *om.Pr*

**801** ad: L; *om.cett.* **803** arcus med.: m.a. DPr **805** quant.ho.in.: GRD; partes ho.in. Pr<sub>2</sub>; *def.Pr*; horam inaequalem *cett.* **807** horam inaequalem (aeq. L; aequale G): quantitatem horae inaequalis D; partes inaequales Pr; *def.B* **809**

- (49) *Capitulum 5<sup>m</sup>. De ascensione signorum in circulo recto.* Cum ascensiones signorum in circulo directo scire volueris, pone filum super gradum, cuius vis habere ascensionem, et vide, quot gradus absciderit ex gradibus aequinoctialis; illud enim denotabit ascensiones in  
 815 circulo directo. Scito autem quod gradus, qui scribuntur hic a dextris versus sinistram, sunt arietis tauri geminorum, librae scorpii et sagittarii; qui vero scribuntur a sinistra versus dextram, sunt cancri leonis virginis, capricorni aquarii et piscium. Scias autem quod gradus, quorum est distantia aequalis ab aequinoctiorum et solstitio-  
 820 rum punctis, habent ascensiones in circulo directo aequales; unde, scitis ascensionibus trium signorum, sciuntur et omnium. Et scito quod in hoc instrumento ordinantur ascensiones signorum incipiendo a capite arietis, propter quod oportebit quandoque addere 90 et quandoque subtrahere; quod recorderis.
- 825 (50) *Capitulum 6<sup>m</sup>. De ascensione signorum in circulo obliquo.* Cum ascensiones signorum in circulo obliquo volueris investigare, scias gradus, quorum volueris scire ascensiones in horizonte inaequali; primo tamen scias ascensiones eorum in horizonte recto; incipimus autem hoc ab ariete, sicut dixi. Deinceps pone almuri super nume-  
 830 rum illorum graduum in circulo signorum. Deinde duc filum, almuri immobili existente, donec cadat almuri super punctum ortus illius gradus in illo horizonte inaequali; et videas, quot gradus absciderit filum ex gradibus aequinoctialis, numerando a parte horizontis recti; et illi gradus subtrahantur ab ascensione illius gradus in circulo  
 835 directo reperta in aequinoctiali, si fuerit in signis septentrionalibus, vel adde illos eidem, si fuerit in signis meridionalibus; et quod

---

subtrahantur: -hatur TPr; -huntur L **811** cap.--recto (directo R): GR; de ascensionibus s.i.c.r. T; ad inveniendum ascensiones s.i.c. directo D; cap. 5. de ascensione cuiuslibet gradus zodiaci in c.r. VP; *om.LB*; *alia* Pr **811-12** cum--volueris: *om.Pr* **812** directo: recto T; *def.Pr* **813** vis (*om.G*) hab.asc.: asc.vis scire T; volueris scire asc.eius in circulo directo Pr absciderit: LGBV; abscinderit TPr; abscindit RD **816** geminorum: DPr; gemini *cett.* scorpii: -ionis TPr **818** piscium: piscis LGR autem: DPr; *om.cett.* **819** aequinoctiorum: DPr; -tiali *cett.* **825** cap.--obliquo: GR; de ascensionibus signorum in c.o. T; ad inveniendum ascensiones s.i.c.o. DM; cap. 6. de ascensionibus cuiuslibet gradus zodiaci in circulo obliquo VP; *om.LB*; *alia* Pr **825-6** cum--scias: scito quod Pr **827** gradus: -um GMBV **829** deinceps: deinde LDMPr **832** absciderit: abscidit (-dat L) LG; abscindat (-det M) TM; ascendit R; abscinderit Pr **834** in

supererit post talem additionem vel subtractionem, denotabit ascensionem illorum graduum in illo horizonte inaequali.

(51) Et ut hoc planius intellegas, ponam tibi exemplum. Si igitur  
 840 velis scire ascensionem arietis et tauri insimul in horizonte, cuius  
 latitudo est 45 graduum, scias [autem] quod eorum ascensio est in  
 circulo recto 57 graduum et 47 minutorum. Ponas igitur almuri super  
 finem tauri, et duc filum, donec cadat almuri super illum horizontem  
 inaequalem. Iam quidem reperies quod filum abscederit ex partibus  
 845 aequinoctialis 21 gradus et 57 minuta. Subtrahe igitur ab ascensione  
 prius reperta in circulo recto; quo facto supererunt tibi 35 gradus et  
 50 minuta, quod denotabit eorum ascensionem in horizonte hoc  
 inaequali.

Quod si velis scire eorum ascensionem usque in finem leonis, iam  
 850 scis quod eorum ascensio in circulo recto est 152 graduum et 7  
 minutorum; et tunc filum abscondet ex partibus aequinoctialis 11  
 gradus et 55 minuta. [Subtrahantur igitur ab ascensione eorum in  
 circulo recto, et supererunt 140 gradus et 12 minuta,] quod eorum  
 ascensionem denotat in hoc horizonte. Si etiam velis scire ascensio-  
 855 nem eorum usque in finem scorpionis, scis quidem quod eorum  
 ascensio est in aequinoctiali 237 graduum et 47 minutorum; adde  
 igitur eis 21 gradus et 57 minuta, et provenient tibi 259 gradus et 44  
 minuta, quod eorum ascensionem in illo. horizonte denotabit.

(52) *Capitulum 7<sup>m</sup>. Ad sciendum gradum ascendentem per solis altitu-  
 860 dinem.* Cum igitur ascendens scire volueris, scito quot horae et partes  
 horarum transierunt ex die; iam autem potes scire arcum horae vel  
 diei ex his quae dicta sunt capitulo secundo; quo facto reduc horas et  
 earum partes in gradus. Hoc facto adde hos gradus ascensioni illius

---

circulo directo: om.Pr (del.E) 838 illo: LGRM; om.cett. 839 planius: plenius  
 TD 841 autem (vel ante): omnes; om.Pr 842 47 (4 L): omnes & tab.Tolet.; 44 Pr  
 (cui numero correspondent quae in sequentibus praebent Pr et plerumque Ep.c.) 844  
 abscederit: -inderit PPr: -indet D; -indit RV 845 igitur: hoc add.Pr; hanc ascen-  
 sionem add.E 847 hor.hoc (huiusmodi LGR): hoc hor. DMPr 850 7: om-  
 nes & tab.Tolet.; 10 Pr (cum Ep.c., hic et in numeris qui sequuntur)

852-3 subtrahantur--minuta: L, Pr(cum Ep.c., aliquatenus turbato) 853 12: L;  
 15 Pr,Ep.c. 856 47: omnes & tab.Tolet.; 44 Pr (cum seqq. & Ep.c.) 859 cap.--al-  
 titudinem: GR; ad inveniendum ascendens (in qualibet hora diei add.M) TM; ad in-  
 veniendum gradum ascendentem D; cap. 7. ad sciendum ascendens et etiam  
 domos V; cap. 7. ad sc.gr.as. et gradum medii caeli et 12 domos P; om.LBPr 862

gradus, in quo est sol, in illo horizonte, quod scire potes ex praece-  
 865 denti capitulo. Facta autem additione ista, vide cui gradui ex gradibus  
 signorum conveniat haec ascensio vel similis, et hoc in horizonte tuo  
 obliquo: ille enim gradus erit ascendens vel egrediens. Et aliter  
 facilius invenies illum gradum, cui convenit haec ascensio vel similis  
 in illo circulo obliquo, per tabulas ascensionum ad illum circulum  
 870 obliquum constitutas. Sed si illas tabulas non habueris, potes per  
 instrumentum illum gradum hoc modo invenire, ut quaerendo  
 gradum, ex cuius additione vel aliquem gradum zodiaci, qui  
 subtractione differentiae ascen- habet talem ascensionem post  
 sionis eius in circulo directo ab additionem vel subtractionem  
 875 obliquo resultat talis numerus differentiae ascensionis eius in  
 vel similis numero prius invento: circulo directo ab obliquo:  
 nam praecise erit ille gradus ascendens.

Potes autem hoc ascendens facilius invenire cum horizontibus  
 mobilibus supra faciem instrumenti.

880 Deinceps ab istis gradibus iam repertis, cum quibus invenisti  
 ascendens, subtrahe 90; deinde vide, cui gradui ex gradibus signorum  
 conveniant tales ascensiones, quales denotat quod remanet post  
 subtractionem: ille enim denotabit gradum medii caeli.

(53) Quod ut melius intellegas, ponam tibi exemplum: esto quod  
 885 sis in civitate aliqua, cuius latitudo sit 45 graduum, et quod es in die,  
 in quo sol existit in 10° gradu tauri – et scis quod tunc altitudo solis  
 in meridie est 60 graduum – et ascensio illius gradus in circulo recto  
 est 37 graduum et 34 minutorum. Pone igitur almuri supra 10<sup>m</sup>  
 gradum tauri; deinde duc eum ad horizontem inaequalem; et  
 890 invenies quod filum abscederit ex gradibus aequinoctialis 15 gradus et  
 37 minuta. Subtrahatur igitur hoc ab ascensione circuli recti; et

---

cap.secundo: c.3°L; c.4 E; c.5 Pr, Ep.c. **866** et hoc--tuo (illo L) obliquo: in hoc  
 horizonte vel circulo t.o. T; om.Pr **867-82** et aliter--subtrahe 90: deinde pone  
 quod praedicti gradus sint (sunt Ep.c.) ascensiones circuli recti, et subtrahe ab eis 90  
 Pr, Ep.c. (loco 867-70 et aliter--const., quae verba om.E) **867** et aliter facilius: aliter  
 autem f. D; et aliter faciliter TM; et faciliter LGR; def.Pr **872-6 (col.a)** gradum--  
 invento: MBVP; (col.b) aliquem--obliquo LGRD; (b+a) aliquem--obliquo ex  
 cuius--invento T; def.Pr **884** esto quod sis: esto sic T; ponatur quod sis D; pona-  
 mus si sis Pr; sis L; quod (si add.P) sis cett. **886** in quo: T; quod Pr; quo cett.  
**888** 34: omnes & tab. Tolet.; 30 Pr (eadem ratione mutatis quae sequuntur, quorum pleraque  
 mutuavit Ep.c.) supra: super TDEPr **890** abscederit: -dit R; abscondet D;

supererunt tibi 21 gradus et 57 minuta, quod denotabit ascensionem illius gradus in illo horizonte. Altitudo autem solis, quam accepisti, est 38 graduum. Ex quo patet quod praeterierant 3 horae diei, 895 quarum arcus est 52 graduum et 48 minutorum; quos addas 21 gradibus et 57 minutis, ex qua additione proveniunt 74 gradus et 45 minuta. Deinde vide, cui gradui conveniat haec ascensio vel similis in circulo obliquo: erit enim 10<sup>us</sup> gradus et 40<sup>m</sup> minutum cancri, quod denotabit ascendentem gradum.

900 Deinde minue 90 gradus ab istis 74 gradibus et 45 minutis; et si ab ipsis non potes auferre 90 gradus, tunc eis adde 360 gradus et ab ipsis 90 gradus subtrahe; et supererunt tibi 344 gradus et 45 minuta. Deinde vide, cui gradui ex gradibus signorum conveniat haec ascensio in circulo recto; erit enim 14<sup>us</sup> gradus vel prope piscium, qui 905 gradum medii caeli denotabit.

(54) Postquam autem sciveris gradum ascendentem et gradum medii caeli, poteris scire alias domos secundum hunc modum: Scito igitur quantitatem horae gradus ascendentis; deinde dupla, et adde duplatum ascensionibus prius repertis, cum quibus invenisti ascendens. Deinde subtrahe a producto 90, et tunc quaere numerum 910 similem ei, qui tibi remanet post subtractionem, in circulo ascensionum circuli recti; et quod erit e directo illius numeri, illud denotabit principium 11<sup>ae</sup> domus. – Vel aliter et facilius, ut adde horam ascendentis duplatam ascensioni gradus medii caeli in circulo directo, 915 et inde vide cui ascensioni in circulo directo convenit numerus proveniens: ille enim gradus erit principium 11<sup>ae</sup> domus. – Deinde adde praedicto numero post subtractionem remanenti duplum quantitatis eiusdem horae; et quod provenit ex additione monstrabit principium 12<sup>ae</sup> domus. Quod si adhuc addas ei, quod provenit ex

---

abscidat Pr **894** 38: 30 V; 28 M **896** gradibus: gradui LGM; *varie cett.* 74: 78 LPr, Ep.c.; 47 B **897** in circulo obliquo: et hoc i.c.o. M; *om.* BEPr **898** 10: 9 T 40 min.: 14 min. D,E(*del.*); *om.* Pr **900-2** deinde--90 gr. subtrahe: vel pone quod praedicti 74 (78 Ep.c.) gradus et 41 minuta denotent (-tant Ep.c.) ascensionem circuli recti, et minue ab eis 90 (gradus *add.* Ep.c.) Pr, Ep.c. (*qui post 900* deinde *haec inserit*) **900** 74: 47 B

**901** gradus; *om.* GRM; *def.* Pr 360 gradus: 360 LDP; *def.* Pr **904** in circ. recto (dir. T); *om.* BEPr **906** ascendentem et: TD; *om.* LPr; -ntis et *cett.* **909** cum: in LGRM **911** tibi: *om.* PPr **913-6** vel aliter--11<sup>ae</sup> domus: *om.* Pr(*del.* E) **913** et: *om.* VL; *def.* Pr **914** in circ. dir.: *om.* Pr **915** inde: *om.* TLPr **917**

920 dicta additione, duplum quantitatis eiusdem horae, poteris ex hoc  
 etiam scire ascendens. Deinde subtrahe duplum quantitatis unius ex  
 horis praedictis a 60, et residuum adde ei quod provenit ex ultima  
 statim facta additione; quod enim ex hac additione provenerit,  
 monstrabit principium 2<sup>ae</sup> domus. Adhuc addatur ei, quod provenit  
 925 ex hac additione, illud idem residuum, quod provenit ex subtrac-  
 tione duplae quantitatis unius ex praedictis horis a 60; deinde nota  
 ascensionem huius totius additi in circulo directo; ipsa enim mon-  
 strabit principium 3<sup>ae</sup> domus. Habitis autem his 6 domibus scies et  
 alias eis oppositas: nam initia reliquarum 6 domorum sunt gradus  
 930 oppositi initiis aliarum domorum.

(55) Ponam super his nihilominus exemplum. Scias quoniam  
 ascendentis ascensio erat 74 gradus et 45 minuta, et ascendens erat  
 10<sup>us</sup> gradus cancri, et duplum unius horae in illo gradu est 38 gradus  
 et 34 minuta; addantur igitur hi gradus et minuta 74 gradibus et 45  
 935 minutis, et provenient inde 113 gradus et 19 minuta, a quibus  
 subtrahantur 90 gradus, et supererunt 23 gradus et 19 minuta. Intra  
 igitur cum hoc numero circulum ascensionis in circulo recto, et  
 reperies e directo eius 25<sup>m</sup> gradum arietis, quod tibi monstrabit  
 alteram extremitatem 11<sup>ae</sup> domus. Adde adhuc praedictis 23 gradi-  
 940 bus et 19 minutis 38 gradus et 34 minuta, qui denotant duplum  
 unius horae, et proveniunt inde 61 gradus et 53 minuta, cum quibus  
 ingredi circulum ascensionum in circulo recto; et reperies [quod] e  
 directo illius 61<sup>i</sup> gradus et 53 minutorum erit tunc 4<sup>us</sup> gradus  
 geminorum, denotans principium 12<sup>ae</sup> domus. Adhuc adde 61  
 945 gradibus et 53 minutis praedictos 38 gradus et 34 minuta, et  
 proveniunt inde 100 gradus et 27 minuta, cum quibus intra ut prius  
 circulum ascensionum in circulo recto; et invenies e directo eiusdem  
 10<sup>m</sup> gradum cancri, et ille est ascendens. Deinde accipe duplum  
 unius horae, videlicet 38 gradus et 34 minuta, et subtrahe ipsum a

---

numero: Pr; *om.* LGM 922 a: LGRM; *ex cett.* provenit: -nerit DBV; -niet Pr  
 923 provenerit: -nit TL; -niet Pr 925 illud (id T) idem (enim P): *om.* Pr quod  
 provenit: *om.* Pr 927 directo: LGRM; recto *cett.* 928 scies (faciliter *add.* D):  
 RDP; scias *cett.* 929-30 nam--aliarum domorum: *om.* Pr 931 scias  
 quoniam: quoniam Pr 932 45 (44 *Ea.c.*): 41 Pr, *Ep.c.* (*cf. ad 888*) erat<sub>2</sub>: erit  
 TPr 936 subtrahantur: -atur GRD 940 qui: quae LGRMP 942  
 quod: R 943 61--erit tunc (erunt t. T; et t. erunt L): 64 gr. et hic erit Pr, *Ep.c.*;  
*om.* D 946 27: 34 T; 33 (*pro* '23') Pr 948 gradum: DP; -dus TLR; *varie cett.*

950 60, et erit residuum 21 gradus et 26 minuta, qui addantur praedictis  
 100 gradibus et 27 minutis; et proveniunt inde 121 gradus et 53  
 minuta, cum quibus intra circulum ascensionum in circulo recto, et  
 reperies e directo eius 29<sup>m</sup> gradum cancri, qui denotabit principium  
 secundae domus. Adhuc adde praedictis 121 gradibus et 53 minutis  
 955 21 gradus et 26 minuta, quod enim supererat post subtractionem  
 unius horae a 60; et proveniunt inde 143 gradus et 19 minuta, cum  
 quibus intra circulum ascensionum in circulo recto, et invenies e  
 directo eius 21<sup>m</sup> gradum leonis, denotantem principium tertiae  
 domus. Postquam sciveris has domos, poteris reliquas invenire, et  
 960 hoc ideo, quoniam septima est opposita primae, et octava secundae,  
 et nona tertiae, decima quartae, undecima quintae, et duodecima  
 sextae.

(56) *Capitulum 8<sup>m</sup>. De inventione arcus diei alicuius stellae.* Cum igitur  
 volueris scire arcum diei alicuius stellae, pone almuri super locum  
 965 stellae; deinde transferas eum super horizontem inaequalem; et tunc  
 vide, quot gradus abscondet filum ex partibus aequinoctialis ex parte  
 horizontis aequalis. Et si stella fuerit septentrionalis comparatione  
 aequinoctialis, adde gradus quos abscondit 90 gradibus; et quod inde  
 proveniet denotabit medietatem arcus diei ipsius. Si vero fuerit  
 970 meridionalis ab aequinoctiali, vide, quot gradus abscondit filum ex  
 gradibus aequinoctialis ex parte lineae altitudinis: illud enim denota-  
 bit medietatem arcus diei eius, unde si duplex illud, denotabit illud  
 arcum diei eius integrum. (57) Et si velis scire gradum, cum quo est  
 stella in medio caeli, pone filum super locum stellae et videas, cuius  
 975 gradus signi sit illa stella; et hoc ex colore et situ eius videbis. Et vide  
 tunc, quid abscondat filum ex circulo signorum: punctus enim, qui  
 absconditur in eo, denotabit gradum, cum quo est stella in medio  
 caeli.

---

951 27: 33 Pr<sub>2</sub>(cf.946) proveniunt: -ient DPr<sub>2</sub> 53: 52 V; 49 Pr<sub>2</sub>(ut ex '23',  
 cf.946) 953 eius: 119 gr. et hoc erit add. Pr (cf.943) 955 26: 36 LPr enim:  
 om.TR 958 21: 31 L; 142 et hoc Pr 961 decima: et dec. TLMP undec.:  
 et undec. MP 963 cap.-alicuius (cuiuslibet R) stellae GR; ad inveniendum ar-  
 cum diei alicuius stellae (in caelo add.D) TD; de arcu diurno uniuscuiusque stellae  
 fixae et cum quo (om.P) gradu ascendit vel descendit VP; om.LB; alia Pr 972  
 eius: illius (stellae add.D) LGRD illud<sub>2</sub>: illum L; om.TDPPr 973 integrum:  
 et si subtrahas totum (om.Pr) arcum diei (om.Pr) a 360 habebis arcum noctis  
 eiusdem stellae (e.s. om.Pr) add.DPr 976 abscondat: LGRPr; -det cett. 980

(58) Quod si velis scire, cum quo gradu ascendat vel descendat,  
 980 scito ascensionem illius gradus, cum quo caelum mediat, videlicet  
 quanta fuerit in circulo recto. Deinde adde ascensioni repertae 90;  
 deinde subtrahe a toto medietatem arcus diei illius stellae. Vel a  
 medietate arcus diei illius stellae subtrahe 90 gradus, si sit stella  
 septentrionalis ab aequinoctiali; vel ipsam medietatem arcus diei  
 985 subtrahe a 90 gradibus, si sit meridionalis; et residuum subtrahe  
 etiam ab ascensione in circulo recto illius gradus, cum quo stella  
 caelum mediat; [et hoc si stella sit septentrionalis ab aequinoctiali,  
 sed si sit meridionalis, tunc illud residuum adde illi ascensioni;] et  
 habebis idem quod prius. Deinde vide, cui ex gradibus signorum  
 990 conveniat ascensio talis, sicut residuum est post subtractionem, in  
 horizonte inaequali: ille enim gradus denotabit gradum, cum quo  
 ascendit stella praedicta. Vel si addas medietatem arcus diei illius  
 stellae ascensionem illius gradus, cum quo est stella in medio caeli, in  
 circulo tamen recto, et etiam addas eis 90; deinde vide, cui ex  
 995 gradibus signorum conveniat consimilis ascensio in horizonte inae-  
 quali; et tunc nadair illius erit gradus, cum quo descendit stella  
 praedicta.

(59) *Capitulum 9<sup>m</sup>. De inventione ascendentis per stellas.* Si autem  
 ascendens per stellas scire volueris, accipe altitudinem stellae illius,  
 1000 quae tibi placuerit. Et modus accipiendi altitudinem eius est, ut  
 intuearis per foramen tabulae inferioris existentis versus extremitatem  
 circularem instrumenti, [et ducas instrumentum] hinc inde, donec  
 videas stellam per foramen utriusque tabulae. Et tunc ubi filum  
 abscindet gradus aequinoctialis, illud monstrabit eius altitudinem.  
 1005 Cum autem sciveris eius altitudinem, pone filum super gradum  
 altitudinis stellae existentis in medio caeli; deinde pone almuri super

---

cum--mediat: cuius immediate memoracionem fecimus Pr 982 toto me-tem  
 arcus: tota me-te arcus DP 982-9 vel--prius: om.Pr; va--cat Ep.c. 986  
 recto: LGRP; directo cett.; def.Pr 987-8 et hoc--ascensionis: TLGR; def.Pr  
 990 sicut--subtractionem: et hoc TLGR 994 et--90: om.Pr 996 et tunc--  
 erit: ille enim denotabit Pr 998 cap.--per (ipsas add.G) stellas: GR; ad sciendum  
 ascendens per stellas T; ascendens ad sciendum per stellas P; ad inveniendum  
 gradum ascendentem per stellas fixas D; om.LBV; alia Pr 998-9 si autem--scire:  
 cum igitur hoc facere Pr

1002 et ducas (duces Pr) instr.: DP 1004 monstrabit (-bunt D): demonstra-  
 bit LGR 1007 meridiei: nec non etiam gradum eius add.Pr graduum: DJ;



- circulum meridiei; deinde transfer filum super numerum graduum altitudinis, quam accepisti; deinde vide, quam acceperit almuri ex horis inaequalibus stellae illius; consequenter reduc eas in gradus.
- 1010 Deinde vide, cum quo gradu est stella in medio caeli; deinde scias medietatem arcus diei illius gradus et medietatem arcus diei illius stellae. Quod si stella fuerit meridionalis, adde excessum medietatis arcus diei gradus, cum quo est stella in medio caeli, super medietatem arcus diei ipsius stellae praedictis gradibus, in quibus prius
- 1015 reduxeras horas. Si vero fuerit septentrionalis, subtrahe ab eisdem gradibus illud, quo minuitur medietas arcus praedicti gradus a medietate arcus ipsius stellae; et quod supererit ex praedictis gradibus post dictam additionem vel subtractionem adde ascensionem illius gradus, cum quo est stella in medio caeli, in horizonte tamen
- 1020 inaequali. Et vide, quis ex gradibus signorum ascendat [in horizonte inaequali] cum tali ascensione, quale est illud quod provenit ex dicta additione: ille enim gradus monstrabit ascendens. (60) Postea subtrahe 90 ab illis gradibus, cum quibus invenisti ascendens. Deinde vide, quis ex gradibus signorum ascendat cum tali ascensione in
- 1025 circulo recto: ipse enim denotabit gradum medii caeli; et invenies terminos ceterarum domorum penitus ut prius. Ex quo autem scis ascensionem illius gradus ascendentis in horizonte inaequali, subtrahe ab ea ascensionem gradus nadair solis in horizonte inaequali: quod enim supererit, denotabit arcum horarum ab occasu solis usque
- 1030 ad tempus, in quo es. Deinde divide ipsum arcum per partes horarum inaequalium illius noctis; et numerus quotiens denotabit horas, quae transierunt ab occasu usque ad illud tempus; et si supererit ad dividendum, quod scilicet dividi non possit per partes horarum praedictas, illud demonstrabit partes horae.
- 1035 (61) *Capitulum 10<sup>m</sup>. De sinibus vel chordis vel cardagis.* Cum chordam vel sinum alicuius portionis volueris scire, pone filum super gradum,

gr. vel gradum T; vel gradum *cell*. 1008 quam: quantum D,V *ferē* acceperit: -pit LGPr 1011 gradus--illius: *om.*LPr 1018 ascensionis: a-nem TL; a-nem sive a-ni Pr 1020 in--inaequali: TLGR 1021 quale: -lis DBVP,Pr 1022-3 postea--ascendens: vel pone quod illud quod provenit ex dicta ascensione (!) sit ascensio circuli vel horizontis recti Pr 1024 signorum: *om.*LGR 1025 denotabit: monstrabit LGR 1025-6 et invenies--ut prius: *om.*Pr 1027-8 inaequali--asc.: *om.*Pr 1029 denotabit: notabit LGR,Pr 1030 es: est BPV 1035 cap.--vel (et R) cardagis: GR; ad inveniendum chordam vel sinum (alicuius

cuius chordam scire volueris, ex gradibus aequinoctialis, ut computando a dextra versus sinistram; et ubi filum abscondet meridionalem, pone almuri. Deinde transfer filum super lineam horizontis recti vel  
 1040 aequalis; et ubi cadat almuri ex partibus chordae rectae, illud erit chorda recta illis gradibus subtensa. – Vel si sciveris eius chordam et velis eius arcum scire, fac e converso, ponendo scilicet almuri super chordam illam; deinde transfer eum ad circulum meridiei; et quod abscondet filum ex gradibus aequinoctialis, illud erit arcus qui  
 1045 convenit illi chordae.

Quod si chordam versam scire volueris, pone filum super gradum, cuius vis scire chordam versam, et ubi abscondet filum circulum zenith, pone almuri. Deinde transfer ipsum super horizontem rectum, et cadet almuri super partes numeri chordae versae, quae  
 1050 ostendent chordam versam pertinentem illis gradibus. Et scito quod partes chordae versae descendunt usque ad 60 et ascendunt usque ad 120; et ideo, si gradus, quorum chordas vis scire, fuerint ab 1 usque ad 90 vel a 180 usque ad 270, accipe illud, super quod cadit almuri, ex partibus descendentibus; si vero fuerit ex 90 usque ad 180 vel a  
 1055 270 usque ad 360, accipe illud, super quod cadit almuri, ex partibus ascendentibus. – Quod si sit tibi chorda versa nota et vis eius arcum scire, fac sicut tibi monstratum est in chorda recta, id est quod ponas almuri super chordam quam habes; deinde transfer ipsum ad circulum zenith; et quod abscondet filum de aequinoctiali, illud erit  
 1060 arcus pertinens illi chordae.

Quod si duo almuri habeas, poteris scire insimul ambas chordas, videlicet rectam et versam, sic videlicet: Pone filum super gradus, de quibus libuerit, et ubi filum abscondet circulum zenith, pones alterum almuri, ubi vero abscondet meridionalem, pones reliquum.

---

*add.* D) portiois TD; ad sciendum chordam vel sinum alicuius horizontis M; scientia chordae vel (sinus) alicuius portiois P; *om.* LBV, Pr 1035-6 cum--scire: *om.* Pr 1036 volueris scire: LGR; s.v. MB; s. desideras TDVP; *def.* Pr 1037-8 ut--sinistram: *om.* Pr 1038 abscondet: -dat DVP, Pr 1040 cadat: -det TPr almuri: LGRMP; filum TBVP; filum vel almuri D erit: est DPr 1041 illis gradibus: RPr; illius gr. G; illius gradus *sett.* 1046 versam: inversam Pr (& *saepius*) 1049-50 et--versam: et ubi cadet almuri chordae inversae, illud erit chorda inversa Pr 1050 ostendent: -dunt D; -det TLGRM; *def.* Pr 1052 fuerint: -rit TLGMBVPr 1053 cadit: -det GRM; -dat DPr; *om.* L 1058 ad: a P; super Pr; *om.* et super *ins.* M; *om.* LG 1059 quod: ubi Pr ab-

1065 Deinde transfer filum super horizontem rectum; et tunc primum almuri cadet super partes chordae versae et secundum super partes chordae rectae.

(62) Sed quia difficile est et incertum accipere chordam rectam vel versam, quando ponendum est almuri in illa parte circuli meridionalis vel circuli oppositi, quae est prope angulum – quod accidit in  
1070 acceptione chordae rectae paucorum graduum et in acceptione chordae versae versus 90 gradus et versus 270 gradus, nam abscondit tunc filum illas partes circulorum, quae sunt versus angulum, secundum longas intersectiones, ita quod locus verae intersectionis non  
1075 bene potest inveniri – propter quod praecisius tunc invenies chordam protendendo lineam vel filum in circulo capricorni super duplum illorum graduum, quorum chordam volueris invenire, et comparando illam lineam ad partes horizontis recti; nam medietas illarum partium ostendet chordam propositam.

1080 (63) *Capitulum 11<sup>m</sup>. De inventione umbrae per solis altitudinem.* Si vis scire umbram rectam per solis altitudinem, pone filum super numerum graduum altitudinis solis ex gradibus aequinoctialis. Deinde pone unum ex ipsis almuri super circulum zenith et secundum super meridi-  
1085 nam. Deinde transfer filum super horizontem rectum; et tunc multiplica illud, super quod cecidit primum almuri ex gradibus horizontis recti, per 12, et divide productum per illud, super quod cecidit secundum in eisdem gradibus; et numerus quotiens monstrabit digitos umbrae rectae. – Vel si etiam multiplices illud, super quod cecidit secundum almuri, per 12, et productum  
1090 dividas per illud, super quod cecidit primum almuri; et egredientur in numero quotiens digiti umbrae versae.

Quod si nisi solum unum habeas circulum, ut meridionalem, subtrahe altitudinem solis, quam habes, a 90, et pone filum super numerum consimilem remanenti in gradibus aequinoctialis; et ubi  
1095 abscondet filum meridionalem circulum, pone almuri |; deinde

---

scindet: -dit DPPr; abscondit VB de aeq-li: ab a. TBVP; aeq-lem Pr 1068-79  
 (§62): om.Pr 1069 circ.mer.: m.c. LGRM; def.Pr 1070 quae: qui TLR;  
 def.Pr 1076 super: LGRM; supra cett.; def.Pr 1080 cap.--altitudinem: GR;  
 ad inveniendum umbram rectam (et versam add.M) per solis altitudinem (a.s. D)  
 TDM; cap. 11. ad sciendum umbram per altitudinem P; om.LBVP 1090 et:  
 om.DPr 1092 si nisi: nisi V solum unum: u.s. TRB; s.M; illum s. L; u.  
 Pr ut merid.: om.Pr 1095 abscondet: -dit GR; ascendit L 1095-7 dein-

transfer ipsum ad horizontem rectum, et vide quis sit numerus graduum, super quem cadet almuri, et nota illum]. Deinde pone filum super ipsammet altitudinem, quam prius habebas, et pone almuri super locum, ubi abscondet filum circulum meridiei. Consequenter transfer ipsum in horizontem rectum, et nota locum, super quem cadet almuri in eo. Deinde multiplica numerum prius inventum per 12, et divide productum per secundo notatum numerum; et exhibunt in numero quotiens digiti umbrae rectae. – Consequenter multiplica secundo notatum numerum per 12, et divide productum per primo notatum; et numerus quotiens monstrabit digitos umbrae versae.

**(64)** Quod si solis altitudinem velis scire per eius umbram, accipe numerum quadratum digitorum umbrae ipsius, et adde ei numerum quadratum 12, et extrahe a numero proveniente post additionem eius radicem quadratam. Deinde divide per eam 720, qui fit ex multiplicatione 60 per 12, et quaere similem numerum numero quotiens post divisionem proveniente in horizonte recto. Deinde pone super eum almuri, et postea transfer ipsum ad circulum meridionalem; et ubi abscondet filum gradus aequinoctialis, illud erit arcus altitudinis pertinens illi umbrae, si digiti, quos habes, fuerint umbrae rectae. Si vero fuerint umbrae versae, subtrahe eundem numerum a 90, et residuum erit arcus pertinens illi umbrae.

**(65)** Poteris nihilominus etiam scire umbras per altitudinem alio modo et faciliore; et est quod ponas filum super numerum graduum altitudinis, cuius volueris umbram invenire; et si altitudo illa sit minor 45, cadet filum super quadratum umbrarum et abscondet ex digitis umbrae versae, quantum ex eis erit conveniens illi altitudini. Si vero altitudo fuerit maior 45, abscondet filum ex digitis umbrae rectae, quantum ex eis erit competens illi altitudini. – Et hoc modo poteris scire altitudinem solis per umbram eius, sic scilicet quod ponas filum super numerum digitorum; et quod abscondet tunc filum

---

de--illum (--qui-- Pr; --cadit-- D): DPr; et inde transfer ipsum ad horizontem rectum et nota locum almuri ex gradibus chordae rectae R **1098** ipsammet: ipsam LDPPr **1099** abscondet: LGRM; a. sive a-dit Pr; a-dat *cett.* meridiei: meridionalem TPr

**1104** numerum: P; locum Pr(*ante* secundo); *om.cett.* **1110-1** qui--12: *om.* Pr  
**1113** ad: in LGRM **1116** vero: digiti quos habes *add.* Pr et: *om.* LGRBVP  
**1123** 45: gradibus *add.* TDBVP; *def.* L **1125** sic: *om.* RV **1129-30** et r. in

ex gradibus aequinoctialis, illud erit arcus altitudinis pertinens illi umbrae.

1130 Quod si velis umbram rectam cognoscere per versam et reducere in versam, vel e converso, scilicet versam in rectam, divide 144 per numerum digitorum umbrae versae, et numerus quotiens ostendet digitos umbrae rectae; vel si divides 144 per numerum digitorum umbrae rectae, et numerus quotiens denotabit digitos umbrae versae.

(66) *Capitulum 12<sup>m</sup>. De inventione horarum per altitudinem solis.* Cum  
1135 horas per altitudinem scire volueris, pone filum super numerum altitudinis solis; deinde pone unum ex ipsis almuri super circumulum meridionalem. Deinde pone filum super numerum arcus meridiei; consequenter pone secundum almuri super ipsum circumulum zenith vel oppositi meridiei. Deinde transfer filum cum ambobus almuri  
1140 super horizontem rectum. Consequenter multiplica numerum umbrae rectae, quem invenisti sub primo almuri, per numerum umbrae versae, quem invenisti sub secundo almuri, et observa productum. Deinde pone filum super numerum altitudinis solis in meridie; deinde pone unum ex ipsis almuri super circumulum meridiei; deinde  
1145 transfer ipsum ad horizontem rectum. Consequenter divide productum, quem prius observasti, per illud, quod iam invenisti sub almuri de umbra recta in ipso horizonte recto, et subtrahe numerum quotiens ab illo numero, quem invenisti prius sub secundo almuri. Et quaere consequenter in umbra versa numerum similem ei, qui  
1150 remanet post subtractionem, in horizonte recto vel aequali; deinde pone super ipsum almuri. Deinde transfer filum, donec cadat almuri super circumulum oppositum meridiei; et quod abscondet filum ex gradibus aequinoctialis, illud denotabit numerum arcus horarum a tempore, in quo es, usque ad meridiem. Quod si fuerit ante meridiem,  
1155 tunc subtrahe praedictum numerum ab arcu meridiei, vel a 6

---

versam: *om.BPr* 1131 ostendet: denotabit TPr<sub>2</sub> 1134 cap.--solis (aliter quam prius *add.R*): R; inventio horarum p.s.a. G; ad sciendum horas p.a.s. in omni hora T; ad inveniendum horas p.a.s. M; de horis inveniendis p.s.a.etc. D; ad sciendum p.a. horas P; *om.LBV*; *alia Pr* 1134-5 cum--volueris: *om.Pr* 1138 ipsum circumulum zenith (c.i.z. *Va.c.*): z.c. D; i.z. LGRMBPr 1140 umbrae (chordae R) rectae: *om.Pr* 1141 umbrae (chordae R) versae: *om.Pr*<sub>2</sub>; *def.Pr* 1145 divide: numerum *add.TPr* 1146 iam inv.: inv.iam TDBVP; inv. Pr 1147 de (deinde P) umbra (chorda R) recta: *om.Pr* 1149 quaere c.: c.q. TDBVP in umbra (chorda R) versa: *om.Pr*

horis inaequalibus, quod idem est; si vero fuerit post meridiem, ad arcum meridiei ipsum numerum adde; et quod provenit post subtractionem vel additionem, illud demonstrabit arcum horarum a mane usque ad tempus praesens, in quo es.

1160 Iam autem scivisti horas diei per altitudinem solis capitulo secundo; hoc tamen capitulum est valde introductorium in hanc scientiam, pro quanto volui ipsum dare intellegi.

(67) Hoc autem modo poteris etiam scire gradum ascendentis et gradum medii caeli de nocte per altitudinem stellae, sic videlicet, quod ponas filum super numerum graduum medietatis arcus diei ipsius stellae; deinde pone alterum ex ipsis almuri super circulum oppositi. Consequenter pone filum super numerum graduum altitudinis, quem invenisti; deinde pone secundum almuri super circulum meridiei. Consequenter transfer filum ad ipsum horizontem rectum; deinde multiplica numerum umbrae versae, super quem cecidit primum almuri, per illum, super quem cecidit secundum in umbra recta, et observa productum. Consequenter pone filum super numerum graduum maioris altitudinis praedictae stellae; deinde pone almuri super meridionalem; consequenter transfer ipsum ad horizontem rectum. Quo facto divide numerum productum, quem observasti, per numerum [umbrae rectae], super quem cecidit modo almuri in horizonte recto, et subtrahe numerum quotiens a numero, super quem cecidit primum almuri. Consequenter pone almuri in umbra versa super numerum similem ei, qui remansit, in horizonte recto. Consequenter transfer ipsum filum, donec cadat almuri super circulum oppositi; et quod abscondet filum ex partibus aequinoctialis, subtrahe ab ascensione gradus, cum quo stella est in medio caeli, in circulo recto. Et hoc, si altitudo stellae, quam invenisti, sit versus orientem; si vero sit versus occidentem, addas illud praedictae ascensioni. Et eius, quod provenit post additionem vel subtractionem, scias ascensionem in circulo recto: illud enim monstrabit

---

1155 subtrahe (minue Pr) pr.nu.: p.s.n. LGR; p.n.s. M 1158 demonstrabit: denotabit TM; ostendet D; monstrabit Pr 1168 quem: quam TPr; quod L 1170 numerum umbrae versae super quem (quam L): illud super quod Pr 1171-2 in umbra recta: om.Pr 1176 umbrae rectae: LGRM 1178-9 in umbra versa: om.Pr 1179 remansit: remanserit LG 1180 donec c. almuri: a. immobili existente Pr 1182 subtrahe: LGRM; -has Pr; -hatur *cett.* 1185

gradum medii caeli in illa hora. Postea ei, quod remanet post illam additionem vel subtractionem, adde 90, et inde vide, quis ex gradibus signorum ascendat cum tali ascensione in horizonte inaequali: ipse  
1190 enim erit gradus ascendens in illo tempore.

Et his modis poterunt sciri multa quae declaraverunt sapientes in libris suis, priusquam ea in tabulis ordinaverunt sicut ascensionem signorum in horizonte recto vel obliquo et multa alia.

(68) *Capitulum 13<sup>m</sup>. De mensuratione rerum inferiarum.* Consequenter  
1195 dicendum est de mensurationibus rerum inferiarum, et primo de mensuratione rerum altitudinum. Si vis igitur scire altitudinem alicuius rei accessibilis, respice altitudinem rei per ambo foramina uno oculo, et accede ad rem vel recede a re in tantum, donec perpendicularum cadat super lineam mediam quadrantis, id est super  
1200 45 gradus. Deinde accipe altitudinem oculi tui usque ad plantam pedis, et tantum accipias retro te, quanta est altitudo oculi tui ad terram, et nota locum. Deinde mensura, quot sunt pedes inter notam et fundamentum turris vel alterius rei mensurandae; et habebis altitudinem eius. – Si vero res non est in loco plano, sed in valle, respice  
1205 aliquod punctum in re mensuranda, perpendiculo cadente super lineam quae est a dextro latere quadrantis, scilicet super lineam altitudinis, et nota punctum. Tunc non accipias altitudinem, quae est ab oculo tuo usque ad terram, sed loco illius altitudinis sit altitudo puncti notati a terra. Tunc quantum est inter pedem tuum et rem  
1210 mensurandam, tanta est altitudo a puncto notato usque ad summitatem, superius computando. Adde tunc illi altitudini altitudinem puncti notati a terra, et habebis quaesitum.

(69) Vel aliter mensurare potes universaliter rerum altitudines, ut respice summitatem altitudinis rei per ambo foramina sicut prius, et

---

vel: et LGRM 1187 gradum: LGRM; -dus cett. 1187-8 postea--vide: scito  
adhuc Pr 1187 quod: qui omnes; def.Pr 1190 ascendens: om.Pr 1191  
declaraverunt: determinav. M; declinav. LGRBP 1194 cap. 13 (om.G)--inferia-  
rum (-orum RG): RG; de ceteris titulis v.præf.; om.LBV 1195 inferiarum: V; om.B;  
-orum cett.

1202 sunt: sint BVP 1205 aliquod (aliud B) punctum (om.Pa.c.): aliquem p.  
LR; aliquem locum Pp.c. 1206 super: supra GRP 1215 cadet: -dat TLB;

1215 considera, super quem locum quadrantis cadet perpendicularum; et si  
 ceciderit super latus umbrae rectae, scilicet in sinistro latere, sume  
 numerum punctorum umbrae, respiciendo super quotum punctum  
 cadet perpendicularum; si autem ceciderit super latus umbrae versae,  
 per numerum punctorum umbrae versae divide 144, et quod exierit  
 1220 post divisionem sume. Deinde mensura distantiam inter te et turrim,  
 et quod fuerit in hac distantia multiplica per 12, et productum divide  
 per numerum punctorum umbrae prius sumptae, et super istud  
 quod exierit adde quantitatem tuae altitudinis; et quod remanserit  
 erit altitudo turris.


1225 **(70)** Item hoc idem fit, sole lucente, per umbras sic: Exspecta  
 donec sol fuerit in altitudine 45 graduum, et mensura tunc umbram,  
 et habebis altitudinem rei. In aliis autem horis erit proportio umbrae  
 cuiuslibet rei ad rem, sicut in eadem hora est proportio numeri  
 punctorum umbrae ad 12; ut si fuerint 6 puncta in umbra recta, quae  
 1230 sunt medietas de 12, erit tunc umbra rei medietas rei in altitudine, et  
 sic de aliis. Sed ad hoc ut scias omni hora umbras accipere, oportebit  
 te convertere umbram rectam in versam et e converso, ut docebatur  
 capitulo 11°.

**(71)** Si autem turris sit inaccessibleis mensuranda, vide summita-  
 1235 tem eius per ambo foramina, et respice numerum punctorum  
 umbrae rectae sicut prius, et pone signum D in loco, in quo tu stas in  
 hora considerationis; et intellege quod foramina debent esse valde  
 stricta, per quae debet transire radius visualis ad rei comprehensio-  
 nem; aliter enim cito esset error. Consequenter elonga te a turri vel  
 1240 appropinqua ei secundum lineam rectam, et iterum respice alti-  
 tudinem turris, et quaere numerum punctorum umbrae rectae ad  
 hunc situm, scilicet in quo secundo stabis, et pone signum in illo  
 loco C, et mensura, quot sunt pedes inter illa duo signa C et D, et  
 retine illud. Postea subtrahe numerum minorem umbrae rectae de  
 1245 maiori, et servetur differentia. Deinde distantiam inter duo loca  
 multiplica per 12, et productum divide per differentiam prius  
 acceptam; et illi, quod exierit, adde quantitatem tuae altitudinis; et  
 quod exhibit erit altitudo turris. **(72)** Quod si steteris in valle et  
 altitudinem alicuius turris velles metiri, considera prius altitudinem



1250 montis per duas stationes secundum formam prius immediate  
dictam. Deinde considera altitudinem turris et montis simul similiter  
per praedictum modum, et remove altitudinem montis de altitudine  
totius aggregati simul; et residuum est altitudo turris. Et notandum  
1255 cepta a filo vel alhidada sint integra, quia oportet ipsa esse primum in  
proportionalitate.

(73) Si autem non habeas quadrantem et velis mensurare altitudi-  
nem, accipe unam virgam et erige super planum perpendiculariter,  
1260 quae habeat notam quantitatem; et tunc pone oculum tuum iuxta  
terram, movendo caput huc illuc, donec radius visualis transeat per  
summitatem virgae et per superiorem partem altitudinis turris.  
Deinde considera, quantum est inter locum, super quem est oculus  
in hora considerationis, et inter inferiorem partem altitudinis rei; et  
istam distantiam multiplica per quantitatem altitudinis virgae, et  
1265 totum illud productum divide per distantiam inter oculum et virgam;  
et exhibit in numero denotante quotiens quantitas altitudinis rei. (74)  
Item aliter id ipsum potes invenire, scilicet per rerum umbras. Cum  
enim aliqua res, cuius altitudinem velis cognoscere, umbram fecerit  
super planum, accipe virgam erectam perpendiculariter super pla-  
1270 num prope terminum umbrae rei mensurandae, ita quod una pars  
virgae cadat in umbra et alia extra umbram, et nota locum in virga,  
ubi umbra incipit tangere virgam; et per quantitatem virgae, quae est  
inter contactum umbrae et planum, multiplicetur quantitas totius  
umbrae, quae est inter inferiorem partem rei mensurandae et conum  
1275 umbrae; et productum divide per quantitatem umbrae, quae est inter  
conum umbrae et virgam; et exhibit altitudo rei mensurandae. (75)  
Item, satis curialiter ponatur speculum in plano, et procede huc illuc,  
donec videas rei altitudinem; et per altitudinem oculi tui a plano  
multiplicetur quantitas, quae est inter inferiorem partem altitudinis  
1280 mensurandae et speculum, et productum dividatur per distantiam  
inter pedem tuum et speculum, et exhibit altitudo rei mensurandae.



1253-6 et not.--prop.: om.BG; alia D 1254 expedit: -iet TR,Pa.c.; def.BG,D  
1255 ipsa (ipsum T): semper add.LR; def.BG,D 1257 habeas: habes LGR  
1260 visualis: TD; visibilis cett. 1277-81 (§75): aliam versionem praebet D,  
praemissis quibusdam de mensurando absque quadrante 1280 dividatur: -detur P;

(76) *De mensuratione plani.* Sequitur de secunda parte huius doctrinae mensurandi, quae planimetria dicitur, cuius duae sunt partes: nam prima est de arte mensurandi planum in longum tantum, secunda  
1285 vero in longum et latum simul. De primo ergo prius dicendum.

(77) Cum ergo volueris mensurare longitudinem alicuius plani cum quadrante, sta in uno termino plani et respice alterum terminum plani per ambo foramina, tenendo conum quadrantis vel angulum rectum, in quo est clavus, iuxta oculum tuum, et circumferentia sit versus planum mensurandum. Tunc prospecto termino  
1290 plani mensurandi accipiat numerus punctorum umbrae versae; et per 12 multiplica quantitatem ab oculo tuo usque ad pedem, et productum divide per numerum punctorum umbrae versae prius acceptae, et exhibit quantitas longitudinis plani.


(78) Si autem illud planum, cuius longitudinem vis metiri, non fuerit rectum neque aequedistans horizonti, sed elevatum et obliquum, tunc considera eius obliquitatem per quadrantem, quod facies ponendo duas res aequaliter longas et elevatas in terminis rei mensurandae, et inde vide summitates illarum rerum per ambo  
30<sup>as</sup>, est aequalis ipsi semidiametro. Et penes hanc opinionem  
155 Azarchelis tradita est superius ars situationis centri deferentis solis.

		Partes	Minuta
<b>(1,16) Tabula Solis</b>			
	Semidiameter deferentis solis continet	60	0
	Distantia centri deferentis solis a centro terrae continebit de illis 60 <sup>is</sup> partibus		
160	secundum Ptolomaeum	2	30
	sed haec distantia secundum Azarthelem continebit de illis 60 <sup>is</sup> illius diametri quod semper est intellegendum	2	0
<i>Tabula Lunae</i>			
165	Semidiameter deferentis lunae	60	0
	Distantia centri deferentis eius a centro terrae	12	28
	Semidiameter epicycli eius	6	20
<i>Tabula Saturni</i>			
	Semidiameter deferentis Saturni	60	0
170	Distantia centri deferentis a centro terrae	3	25
	Distantia centri aequantis eius a centro terrae	6	50
	Semidiameter epicycli	6	30
<i>Tabula Iovis</i>			
	Semidiameter deferentis Iovis	60	0
175	Distantia centri deferentis a centro terrae	2	45
	Distantia centri aequantis a centro terrae	5	30
	Semidiameter epicycli	11	30
<i>Tabula Martis</i>			
	Semidiameter deferentis Martis	60	0
180	Distantia centri deferentis a centro terrae	6	30
	Distantia centri aequantis a centro terrae	13	0
	Semidiameter epicycli	39	30
<i>Tabula Veneris</i>			
	Semidiameter deferentis Veneris	60	0
185	Distantia centri deferentis a centro terrae	1	15
	Distantia centri aequantis a centro terrae	2	30
	Semidiameter epicycli	43	10
<i>Tabula Mercurii</i>			
	Semidiameter deferentis Mercurii	60	0
190	Distantia centri deferentis a centro terrae	9	0
	Distantia centri aequantis a centro terrae	3	0
	Semidiameter epicycli	22	30

**156+** *titulum* tabula omnium planetarum *habent* EL *singulis* titulis *omissis*. Pro titulis partes minuta *alia praebent* **158** ce. def. : d.c. EL **161** continebit: -net

(2,1) Quoniam cum centrīs mediis et mediis argumentis inveniuntur  
 aequationes planetarum et eorum vera loca, ideoque iam est appo-  
 195 nenda ars inventionis horum centrorum et argumentorum atque  
 mediorum motuum, per quos inveniuntur haec centra et argumenta.

(2,2) Medium autem motum hoc modo invenies: Numerum anno-  
 rum Christi perfectorum quaere in tabula Tolosana annorum collec-  
 torum eiusdem planetae, et si illum numerum annorum ibi non  
 200 inveneris, sume numerum eo minorem, propiorem tamen; et quod  
 in eius directo inveneris ex signis gradibus atque minutis et secundis  
 suscipe et singillatim eo ordine, quo sunt in tabula, extra scribe.  
 Deinde quot tibi remanserint annos a numero invento quaere in  
 tabula annorum expansorum eiusdem planetae, et quae ibi inveneris  
 205 signa gradus minuta secunda ordinatim sub primis pone, scilicet  
 signa sub signis, gradus sub gradibus, minuta sub minutis, secunda  
 sub secundis. Intrabis etiam cum mensibus anni praesentis, et quae  
 <s>ibi debentur signa gradus minuta et secunda, ut superius dictum  
 est, sub aliis pone. (2,3) Vide similiter quot dies mensis imperfecti  
 210 transierint, et cum eis tabulam dierum intra, et quod ibi inveneris ex  
 signis gradibus et minutis et secundis cum aliis seorsum ut prius  
 dictum est scribe. Sciendum quoque quod quaelibet dies incipit a  
 medio praecedentis diei et finitur in medio sui. Vide similiter quot

HL; *om.VC* 166 eius: *om.VC* 167 eius: quod semper est intellegendum  
*add.VC*; est *add. Lut saepius* 170 c-i def.: inter c-um def. eius VC 171 c-i: inter  
 c-um VC; *def.L* 172 epic.: saturni *add.VC*; eius est *add.L* 175 def.: eius  
*add.LVC* 176 c-i: inter c-um VC aequ.: eius *add.LC*; iovis *add.E* 177 epic.:  
 iovis *add.VC*; eius est *add.L* 180 c-i: inter c-um VC def.: eius *add.LV*  
 30: 32 *Ba.c.*; 0 *Bp.c.* 181 centri--terrae: c. a. eius a c. t. est L; inter c-um terrae et  
 c-um aeq. VC 182 epic.: martis *add.VC*; eius est *add.L* 185 cen.def.  
 (d.c. B; eius *add.L*) -- terrae (est *add.L*): inter c-um terrae et c-um def. VC 186  
 cen.aeq. (eius *add.L*) -- terrae (est *add.L*): inter c-um terrae et c-um aeq. VC 187  
 epic.: veneris *add.VC*; eius est *add.L* 190 cen.def. (eius *add.L*) -- terrae (est  
*add.L*): inter c-um terrae et c-um eius def. VC 191 aeq.: eius *add.VCL* 192  
 epic.: mercurii *add.VC*; eius est *add.L* 194 ideoque: ideo EL est app.  
 (apposita EL): a.e. VC 199 ibi: praecise *add.EL* 200 propiorem: propin-  
 quorem VL  
 201 eius: eiusdem NBC atque: et LV; *om.E* et: atque EL 203 annos:  
 anni VC 205 gradus: et *add.NLC* minuta: et *add.NHBLC* 207  
 praesentis: imperfecti p. N; p. imperfecti EL 208 debentur: habentur EL  
 211 et; atque NHBC 212 quael.: quil. EL; quaeque V 213 pr.di.: d.p. VC

horae transierint post mediam diem praesentem, et cum eisdem  
 215 tabulam horarum ingrediere, et quod eisdem debetur extra sub aliis  
 pone. Intrabis etiam cum minutis horae imperfectae tabulam minu-  
 torum, et quod ibi inveneris ex minutis et secundis atque tertiis sub  
 aliis pone, sicut supra dictum est; et si fuerint ibi 30 tertia vel plura,  
 pro uno secundo integro possunt poni. (2,4) Quae omnia cum ita  
 220 inveneris, in unum cito potes colligere: secunda enim in unum  
 collecta per 60 partire, et quotiens ex divisione 60 provenerint, tot  
 minuta minutis adde, et quae secunda inde remanserint posterius per  
 se pone. Item minuta simul iuncta per 60 partire, et quotiens 60 inde  
 225 provenerint, tot gradus gradibus adde; et quae ex divisione  
 remanserint minuta ante secunda pone. Divides etiam gradus simul  
 iunctos per 30, et quot ibi trigenarios habueris, tot signa signis  
 adiunge, et gradus, qui remanserint post divisionem, [cum gradibus]  
 minutis et secundis praepone; signa quoque in unum sumpta per 12  
 230 partire, et quod ex divisione provenerit praetermitte, et quod  
 remanserit in anteriori loco, scilicet ante gradus minuta et secunda,  
 scribe. Et hic erit medius cursus ad horam civitatis Tolosae quae-  
 sitam; ad hanc enim civitatem sunt medii cursus planetarum in his  
 tabulis constituti. (2,5) Si autem ad civitatem alterius longitudinis  
 medium cursum planetae scire desideras, considera quot horarum sit  
 235 longitudo inter eandem civitatem et Tolosam, et tunc medium  
 cursum planetae in tot horis invenias. Quod si fuerit civitas illa a  
 Tolosa in occidente, adde eum medio cursui planetae ad Tolosam  
 invento; sed si fuerit in oriente, ab eodem subtrahendus est. Et quod  
 tunc remanserit erit medius cursus planetae in civitate illius longitu-  
 240 dinis, hora quaesita, et hoc ad horam diei aequalis et non ad horam  
 diei inaequalis, quod ostendetur posterius evidenter.

Et per hunc modum penitus, per quem invenitur medius motus  
 cuiuslibet planetae, invenies argumentum medium lunae, Veneris et  
 Mercurii. (2,6) Est autem argumentum medium cuiuslibet planetae  
 245 elongatio corporis ipsius planetae ab auge media sui epicycli secun-

214 mediam: -ium EL *ut saepius* eisdem: eis EL 217 quod: quot BECL  
 219 poni: sumi NHBC 222 adde: *om.*EL 225 divides: -de HV 227  
 gradus qui: EL; similiter qui N; quae HBVC cum gradibus: *omnes* 228  
 quoque: vero VC 229 proven.: perven. NB 230 remanserit: in parte  
*add.*VC 234 planetae: *om.*EL 237 planetae: per se NHB, *add.*VC 238 sed:  
 et EL 240-1 et non-inaeq.: *om.*EL 246 sit: est EL epic.: tibi *add.*VC

dum motum eius in epicyclo. Quid autem sit aux media epicycli, posterius patebit in arte usus huius instrumenti.

(2,7) Argumentum autem trium superiorum habebis auferendo medium motum eorum a medio motu solis: residuum enim erit  
 250 argumentum eorum, et hoc est ideo, quia quando in eodem gradu est terminus medii motus alicuius istorum trium cum termino motus solis, tunc necesse est centrum corporis illius planetae esse in auge media sui epicycli, et quantum terminus medii motus solis recedit a termino medii motus ipsius planetae, tantum elongatur centrum  
 255 corporis eiusdem planetae ab auge media sui epicycli. Et ideo, si velis scire quantus est motus argumenti medii alicuius horum in aliquo tempore, ut in die, subtrahe medium motum illius planetae in die a medio motu solis in die, et residuum erit motus argumenti medii eiusdem planetae in uno die.

260 (2,8) Centrum autem medium cuiuslibet planetae dicitur elongatio termini medii motus planetae a loco augis sui aequantis vel deferentis, et hoc secundum motum eius in suo aequante; sed haec distantia solis dicitur solis argumentum et non centrum. Ista autem distantia centri planetae consideratur in examinatione veri loci planetae per  
 265 tabulas, secundum quod ipsa est inter terminum medii motus in zodiaco et inter directum augis aequantis vel deferentis; sed in inquisitione veri loci planetae per hoc instrumentum consideratur ipsa distantia, prout ipsa est inter terminum medii motus in aequante vel vim aequantis habente et inter augem aequantis. (2,9) Est tamen iste  
 270 arcus distantiae centri medii, prout ipse est arcus zodiaci, aequalis et in aequalibus gradibus cum arcu eiusdem centri medii, prout est in aequante. Cum igitur subtraxeris augem in secunda significatione alicuius planetae a medio motu eiusdem planetae, residuum erit centrum medium illius planetae. Et si aux in secunda significatione  
 275 alicuius planetae fuerit in pluribus gradibus quam eius medius motus, adde suo medio motui 12 signa et a toto aufer augem eius in secunda significatione, et inde operetur ut dictum est. (2,10) Est autem aux in secunda significatione distantia inter punctum directi

---

251 termino: medii *add.*EL 252 nec. est: est(erit L) nec. EL; nec. NHB; necessario est VC esse: *om.*V; *exp.*C 256 medii: *om.*EL 258 medii: *om.*HBV; *def.*C 263 solis<sub>2</sub>: solum EL; *om.*V arg.: medium *add.*HB 271 in aeq.: inaequalis NVC; *def.*B 277 et inde--dictum est: et residuum erit centrum planetae medium (m.c.p. L) EL; *def.*C 278 directi: -te LVC 280 eiusdem,

augis in zodiaco ipsius octavae sphaerae et inter initium arietis  
 280 eiusdem octavae sphaerae, et hoc secundum quod distat ille punctus  
 directi augis ab illo capite arietis secundum successionem signorum.  
 Vel aux etiam in secunda significatione est illa distantia in aequante  
 vel in aequantis vim habente, quae est inter augem aequantis et inter  
 illum punctum aequantis qui est versus arietem, qui tantum distat ab  
 285 illa auge aequantis, quantum initium arietis distat a directo augis in  
 zodiaco octavae sphaerae. **(2,11)** Et istae auge in secunda significa-  
 tione solent scribi cum tabulis mediorum motuum planetarum, et  
 ponuntur ibi istae auge, prout sunt in zodiaco ipsius octavae  
 sphaerae, quia ut sic sunt istae auge invariabiles, et numquam  
 290 punctus augis in octava sphaera alicuius planetae magis vel minus  
 distabit in uno tempore quam in alio a capite arietis ipsius octavae  
 sphaerae. Et hae auge omnium planetarum in hac tabula ponuntur,  
 sicut positae sunt cum tabulis Tolosanis de mediis motibus:

	<b>(2,12)</b>	Si.	Gr.	Mi.	2 <sup>a</sup>
295	Aux Solis	2	17	50	10
	Aux Saturni	8	0	5	0
	Aux Iovis	5	14	30	0
	Aux Martis	4	1	50	0
	Aux Veneris	2	17	50	10
300	Aux Mercurii	6	17	30	0

**(2,13)** Centrum vero medium lunae non potest inveniri sicut centra  
 aliorum, quia eius aux in secunda significatione cotidie variatur. Nam  
 quantum recedit terminus medii motus lunae in aliquo tempore a  
 termino medii motus solis a parte ante, ut secundum successionem  
 305 signorum, tantum recedit in eodem tempore aux sui deferentis ab  
 eodem termino medii motus solis, et hoc a parte retro, ut contra  
 successionem signorum. Et ideo centrum medium lunae invenies  
 auferendo medium motum solis a medio motu lunae et residuum  
 duplicando, quod erit centrum lunae medium. Et si medius motus

---

sph.: ipsius, sph.eiusdem EL; def.C **281** directi: -te VC; d(r)a L **282** aux  
 etiam: e.a. EL **283** in aeq.v.h.: v.a.h. VC; in h.v.a. L **288** ponuntur:  
 ponantur VC ibi: om.EL **293** cum: in VC **294+** *tabulam habent* NBV,  
*om.cett. Titulos alii alios praebent.* *Ordo linearum:* so sa ju ma ve me N; so sa ju ma me  
 ve B; sa ju ma so ve me V

**302** cotidie: *omnes* **307** invenies: *om.NH* **309** duplicando: duplicando



310 solis a medio motu lunae auferri non posset, adde supra medium motum lunae 12 signa, et inde operare ut dictum est.

(2,14) Habito autem argumento medio solis habetur centrum medium Veneris et Mercurii, quia terminus medii motus solis semper est cum termino medii motus Veneris et Mercurii, et aux deferentis

315 solis semper est cum auge aequantis Veneris: et ideo penitus idem est medium argumentum solis et medium centrum Veneris. (2,15) Quia tamen aux aequantis Mercurii non est cum auge deferentis solis, licet terminus sui medii motus semper est cum termino medii motus solis, quoniam aux eius in secunda significatione maior est auge Veneris vel

320 solis, [propter hoc argumentum solis non est eius centrum medium;] et ideo invenies centrum Mercurii auferendo distantiam, quae est inter augem aequantis Veneris et augem aequantis Mercurii, a centro medio Veneris: residuum enim erit centrum Mercurii medium. Et si a centro medio Veneris illam distantiam augium auferre non posses, adde illi centro medio Veneris 12 signa, et inde a toto illam distantiam augium subtrahe; et residuum erit Mercurii centrum. –

(2,16) Unde hoc habeatur semper pro canone universali, quod quando maior portio circuli est a minori auferenda, oportet supra minorem portionem addere totum circulum, scilicet 12 signa, et inde  
330 a toto auferre portionem auferendam. – Haec autem distantia inter auges horum planetarum, scilicet Veneris et Mercurii, continet 3 signa 29 gradus 39 minuta et 50 secunda; et ista signa et gradus huius distantiae computata sunt ab auge Veneris secundum successionem signorum procedendo usque ad augem Mercurii.

335 (2,17) Ex iam utique dictis apparet quod motus centri medii trium superiorum, et etiam Veneris et Mercurii, atque solis medii argumenti, tantus est in aliquo tempore, ut in uno die, quantus medius motus cuiuslibet eorum in uno die; et tantus est medius motus Veneris et Mercurii in uno die, quantus est medius motus solis in die,  
340 quia in eodem puncto est semper terminus medii motus Veneris et Mercurii cum termino medii motus solis, ut praedictum est.

---

NHBC quod: et C et: sed EL 310 posset: possit EL 316 med.arg.:  
a.m. EL; a. VC 318 est: sit LV 319 signif.: semper add.EL 320  
propter--medium: VC 321 ce.me.: me.ce. NHB 322 et augem: et EL;  
def.B 323 enim: om.VC 324 augium: om.EL 332 signa<sub>1</sub>: et add.HVC  
gradus<sub>1</sub>: et add.VC 335-41 ex--praedictum est (2,17): om.V 336 solis m.a.:

(2,18) Sed motus centri medii lunae in uno die tantus est, quantus est eius medius motus in die duplicatus cum deminutione dupli medii motus solis in die. Unde si duplum medii motus solis in die  
 345 subtraxeris a duplo medii motus lunae in uno die, residuum erit centrum medium lunae in die; vel si subtraxeris medium motum solis in die a medio motu lunae in die et residuum duplicaveris, habebis etiam centrum lunae in die.

(2,19) Haec autem centra media planetarum et media argumenta  
 350 expedientius est invenire per medios motus planetarum in tabulis Tolosanais collocatos quam per alios, quoniam intratur illas tabulas cum tempore Christi, quod nobis est notum et paratum, et quia etiam [incipiunt annum a Martio, versus cuius medium est introitus solis in arietem, et si accidat error ex omissione diei bissextilis, non  
 355 durabit nisi per 6 dies. Et similiter] veriores sunt radices mediorum motuum in illis tabulis positorum quam radices mediorum motuum aliarum tabularum. (2,20) Attamen adhuc hae radices Tolosanae in aliquibus a veritate deviant, quia, secundum quod in tempore nostro observata sunt et visa loca planetarum per sensibilem aspectum,  
 360 Saturnus plus motus est secundum medium motum per 1 gradum et 15 minuta quam ponunt hae tabulae Tolosanae; et luna etiam plus mota per 22 minuta; et Iupiter non tantum motus est per 1 gradum; nec Mars per 3 gradus, quantum ponunt hae tabulae Tolosanae. (2,21) Ideo, ut modo praecisius habeantur medii motus planetarum,  
 365 oportet addere 1 gradum et 15 minuta medio motui Saturni per tabulas Tolosanas invento, et medio motui lunae 22 minuta, et a medio motu Iovis oportet auferre 1 gradum, et a medio motu Martis 3 gradus. Et forte hae correctiones adhuc omnino non sunt praecisae; illud tamen, quod per certam observationem invenietur esse adden-

---

m.a.s. EL; *def.V* 343 me.mo.: mo.me. EL duplicatus: duplatus NHB; dupli L 345 uno: *om.EL* 346 medium<sub>1</sub>: medii motus V; mediu[[medii motus]] C 346-8 vel si--lunae in die: *om.V* 346 motum: *om.NHB*; *def.V* 347 duplicaveris: duplav. NHBC; *def.V* 348 in die: *om.NHBC*; *def.V* 351 collocatos: collectos LV intratur: in *add.MP* 352 tempore: annis EL; [[annis]] tempore V est notum: n.e. EL 353-5 incipiunt--similiter: VC 357 att.adhuc: adh. tamen EL; et tamen adh. VC 359 sunt et: est et N; est H; et B; sunt ac C 361 15: 75 NH; 25 V 362 mota: est *add.EL* 22: 12 B 364 modo praecisius: C; m. parisius V; parisius NHBEL 365 15: 5 B; 25 V 366 et med.: med. VC 22: 12 B 367 motu<sub>2</sub>: *om.NHB* 368 adhuc: *post*

370 dum mediis motibus planetarum aut ab eis auferendum, auferatur  
vel addatur supra quemlibet annorum collectorum; et sic habebis  
tuas tabulas correctas.

[(2,22) Pro usu autem huius instrumenti erit valde expediens  
constituere tabulas mediorum centrorum et argumentorum plane-  
375 tarum. Nam omnia centra et argumenta media tunc invenies absque  
mediis motibus planetarum penitus per eandem artem prius datam  
ad inveniendum medios motus.] [Non autem constituas tabulam  
centri lunae, sed tabulam medietatis centri lunae, quae est tabula  
elongationis medii motus lunae a medio motu solis; et illa erit in  
380 opere valde utilis et sufficiens pro inquisitione veri loci lunae absque  
tabula medii motus solis et medii motus lunae. Intrabis enim instru-  
mentum cum illa medietate centri lunae, computando in zodiaco  
instrumenti 2 signa pro 1 et 2 gradus pro 1 et 2 minuta pro 1  
minuto, et sic de aliis.]

385 (3,1) Cum volueris examinare per hoc instrumentum certum locum  
alicuius planetarum, pone in centro deferentis planetae quaerendi  
unum clavum novellae DF, videlicet F, qui est in cauda novellae, ipsa  
autem novella sub semissa iacente. Et inde figatur in quodam assere  
lato et plano ipsa semissa sphaerarum, [aequante planetae quaerendi  
390 superius iacente;] et sint duo foramina, per quae figetur haec semissa  
versus extrema diametri semissae, et non sint in diametro, sed  
aliquantulum extra, versus extremitatem lateris semissae sphaerarum.  
(3,2) Postea considera gradus centri medii, vel signa vel utrumque  
simul cum minutis iuxta aestimationem, si quae fuerint in centro  
395 medio planetae adaequandi; et computa tot signa vel gradus in eius  
aequante, incipiendo ab auge aequantis, eundo versus oppositum  
augis; et ubi finietur numerus in signis, gradibus et minutis, pone  
notam. Deinde si fuerit centrum medium planetae 6 signa vel minus

---

sunt EL 369 invenietur: -iatur EL; -itur VC 372 tuas: 4<sup>or</sup> EL 373-7  
pro usu--med.motus: B2ELVC 374 huius: istius V 377-84 non autem--  
de aliis: B2ELC 378 sed--lunae: om.C 381 tabula: om.B2 enim inst.:  
in argumentum C 389-90 aequante--iacente: om.VC 390 figetur: figitur  
V; figatur L; figuretur E 392 extr. lat.: om.NH 393 utrumque: utraque  
LVC 395 adaequandi: -dae NHB 397 augis: aequantis add.EL minu-  
tis: et add.NHB 398 6 signa: EL; plus 6 signis V; sex signis C; varie cett.

6 signis, protende filum a centro sui aequantis, transiens per illam  
 400 notam, et protendatur etiam hoc filum satis ultra, ne illud, quo  
 figetur ipsum filum in assere, superiorem partem epicycli contingat.  
**(3,3)** Si vero fuerit centrum medium planetae plus 6 signis, ab eo  
 aufer 6 signa et cum residuo operare ut prius, computando illud  
 residuum ab auge aequantis et ponendo notam ubi finietur numerus,  
 405 et inde protende filum ab illa nota, transiens per centrum eius  
 aequantis et ulterius satis longe extra latus semissae sphaerarum. Et  
 vocatur illud filum linea centri, sive istud filum fuerit terminans  
 centrum quod est plus 6 signis sive quod est minus 6 signis.

**(3,4)** Et inde pone centrum epicycli super clavum D ipsius  
 410 novellae], qui est in capite novellae]. Postea duc centrum epicycli  
 cum ipsa novella, donec centrum epicycli cadat sub linea centri, clavo  
 autem D non evadente centrum epicycli; et ubi haec linea centri  
 tangit superiorem partem circuli versus limbum semissae epicyc-  
 lorum constituti, ibi est aux media epicycli.

415 **(3,5)** Quoniam autem zodiacus est lunae aequans, ideo eius linea  
 centri erit protensa a centro terrae vel a centro zodiaci, quod idem  
 est, transiens etiam per centrum epicycli eius; et haec linea termi-  
 nabit in zodiaco centrum medium lunae, sicut lineae centri aliorum  
 terminant eorum centra in aequantibus. Haec tamen linea centri  
 420 lunae non ostendit augem mediam epicycli, sed alia quaedam, vocata  
 linea oppositi centri, quae protensa est a quodam puncto opposito  
 centri deferentis lunae, qui quidem punctus stat in eadem diametro  
 cum centro deferentis lunae et cum centro terrae, tantum distans a  
 centro terrae quantum centrum deferentis lunae distat ab eodem  
 425 centro terrae. Ubi enim haec linea a tali puncto protensa transiens  
 per centrum epicycli lunae tangit circumferentiam superiorem ipsius  
 epicycli, ibi est aux media epicycli.

**(3,6)** Et omnes istae lineae, quae ostendunt auges medias in  
 epicyclis, ostendunt etiam in ipsis opposita augium, videlicet ubi  
 430 ipsae lineae intersecant inferiorem partem circuli epicycli per intel-  
 lectum vel per ejus motum completi. Sed linea transiens per centrum

---

**402** medium: C; *om.cett.* eo: eodem EL **404** numerus: *om.NHBV*  
**407** illud: istud NHB istud: illud EL terminans: trans EL **410** qui est  
 --novellae: *om.VC* **411** ipsa: *om.EL* **422** centri: centro EL **425** a: de VC  
**430** ipsae: illae EL ci. ep.: ep. ci. NHB **432** diametrans: -tr(?us) NH;

epicycli, diametrens orthogonaliter hanc lineam centri, ostendit in circulo epicycli longitudes medias.

**(3,7)** Quoniam autem motus corporis planetae in circulo epicycli dicitur medium planetae argumentum, et est aux media epicycli terminus, a quo incipit iste motus, ideo, ut faciliter intellegatur qualiter unusquisque planeta movetur in circulo sui epicycli, imaginetur in epicyclo unus homo iacens in supinis, cuius caput sit in auge media epicycli et pedes sui sint in opposito augis, braccia vero eiusdem sint in longitudinibus mediis: movebitur ergo planeta in circulo sui epicycli, cum fuerit in capite vel in auge, tendendo versus manum dextram hominis praedicto modo imaginati. Sed e converso est de luna: nam cum fuerit luna in capite hominis, movebitur versus manum sinistram.

**(3,8)** Considera igitur signa vel gradus argumenti medii planetae adaequandi, et tantum facias corpus planetae signatum in epicyclo elongari ab auge media epicycli, et hoc secundum motum eius in epicyclo; quod facies, cum illam semidiametrum, in qua corpus planetae situatur, elongaveris ab auge media epicycli per tot signa vel gradus circuli epicycli, et hoc secundum motum eius in epicyclo.

**(3,9)** Habito itaque centro medio ac medio argumento planetae adaequandi, invenies eius verum locum protendendo filum aliquod a centro terrae transiens per corpus planetae. Nam ubi hoc filum, quae linea veri loci vocatur, abscindet zodiacum, ibi est terminus eius veri motus. [Tantum enim corpus planetae] distat ab illa parte zodiaci octavae sphaerae, in cuius directo est aux sui aequantis et deferentis ], quantum ille terminus veri loci distat ab auge in zodiaco instrumenti]. **(3,10)** Et hoc, si centrum eius verum fuerit 6 in signis vel minus 6 signis; si autem eius centrum verum fuerit plus 6 signis, tunc linea veri loci cadet extra semissam, et ideo tunc oportebit protendere filum a corpore planetae transiens per centrum terrae usque ad zodiacum; nam gradus vel signa intercepta inter hoc filum et

---

-t(ra)l() EL **438** in sup.: suppinus L; supponi V **439** sui: om.EL eiusdem om.EL **443** moveb.: luna add.VC **446** adaequandi: -nti NHB **447-8** et hoc--epic.: om.V **450** mo.ei.: e.m. EL

**453** quae: quod NLV; qui H **455** tantum--planetae: ELVCMP; videlicet quantum NHB **457-8** quantum--instrum.(om.V): B2ELVCMP; om.NHB **458** et hoc (e.h. om.V)-- fuerit: NHVCMP; et [[hoc--fuerit] B; et hoc si haec distantia ab auge deferentis fuerit B2EL in: C; om.cett. **461** planetae: om.NH, Ba.c.

directum augis erunt gradus vel signa, in quibus verus locus ab auge erit plus 6 signis. Addantur enim illi gradus vel illa signa supra 6  
465 signa, et habebis verum locum planetae ab auge vel a directo augis in zodiaco.

**(3,11)** Hac igitur arte invenies, quantum unusquisque planetarum a directo sui augis veraciter distabit, praeterquam de Mercurio et de sole, in quibus canon aliquantulum variatur, quoniam, cum centrum  
470 deferentis Mercurii non est stabile in diametro sicut centra deferentium aliorum, ideo oportet habere scientiam situationis huius centri, quam habebis per eius centrum medium. Nam quantum distat terminus centri medii Mercurii in aequante ab auge sui aequantis, tantum debet versus contrariam partem distare centrum deferentis  
475 Mercurii ab auge sui parvi circuli. Et est aux sui parvi circuli quidam punctus in illo circulo, qui maxime distat a centro terrae. Pone igitur clavum F novellae DF in centro deferentis Mercurii per hanc artem invento, et inde operare penitus sicut in aliis planetis est operandum.

**(3,12)** Verum autem locum solis invenies ponendo terminum argumenti solis in deferente suo, sicut ponitur terminus centri medii cuiuslibet alterius planetae in suo aequante, nisi dum solis argumentum fuerit plus 6 signis; nam tunc oportet illum excessum ultra 6 signa computare in suo deferente ab opposito augis deferentis, tendendo versus augem. Et tunc verum locum eius ab auge invenies  
485 protrahendo filum a centro terrae per terminum sui argumenti. Nam si fuerit eius argumentum 6 signa praecise vel minus 6 signis, erit eius verus motus ab auge distantia zodiaci, quae est inter augem et abscissionem fili in zodiaco. Sed si argumentum eius fuerit plus 6 signis, eius verus locus ab auge constabit ex 6 signis cum distantia  
490 zodiaci, quae est inter oppositum augis et abscissionem fili in zodiaco.

**(3,13)** Habito igitur vero loco ab auge cuiuscumque planetae, habebis faciliter quantus erit eius verus motus ab initio arietis nonae sphaerae, videlicet super hunc verum motum ab auge addendo

---

462 signa: zodiaci *add.* VC    465 a: e VC    468 sui: suae LV    veraciter: ante quantum EL; *post* distabit V    475 et--circuli: *om.* NH    sui: eius B; illius C; *def.* NH    476 illo: illius EL    477 f: *om.* EL    480 *def.* suo: s.d. LVC    486 signa: signis NHBV    487 motus: locus V    489 constabit: dist. EL    493 eius: *om.* EL    494 super: supra VC    ve.mo.: m.v. EL    addendo: cadendo

495 augem in secunda significatione planetae cum motu octavae  
 sphaerae. Sed quia aux lunae in secunda significatione continue  
 variatur, ideo oportet addere supra medium motum lunae cum motu  
 octavae sphaerae illud, in quo excedit versus locus lunae ab auge eius  
 centrum medium, vel auferre ab eodem medio motu addito motui  
 500 octavae sphaerae illud, in quo centrum medium lunae excedit eius  
 verum locum ab auge. Et habebis verum locum eius ab initio arietis  
 nonae sphaerae.

[(3,14) Vel aliter, adde  
 505 verum locum lunae ab auge  
 medio motui lunae cum  
 motu octavae sphaerae, et  
 a toto collecto subtrahe  
 medium centrum lunae; et  
 habebis verum locum lunae  
 510 ab initio arietis nonae  
 sphaerae sicut prius.]

[Et si non habueris medium motum  
 lunae, sed solum medietatem eius centri,  
 subtrahe illam medietatem centri  
 lunae a medio motu solis, et residuum  
 cum motu octavae sphaerae adde supra  
 eius verum locum ab auge, et habebis  
 similiter eius verum locum ab ariete  
 nonae sphaerae. Vel si solum  
 habueris argumentum solis, subtrahe  
 medietatem centri lunae ab argumento  
 solis, et residuum cum auge solis et  
 cum motu octavae sphaerae adde supra  
 verum locum lunae ab auge, et  
 habebis idem.]

515

(3,15) Quid autem sit aux in secunda significatione, prius fuit  
 declaratum. Si vero ex additione augis in secunda significatione cum  
 motu octavae sphaerae supra verum locum planetae ab auge prove-  
 520 niat plus quam 12 signa, aufer 12 signa, et residuum erit versus locus  
 planetae ab initio arietis.

(3,16) Est autem motus octavae sphaerae in tempore nostro, quo  
 computantur anni ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi 1293  
 perfecti, in 10 gradibus et 10 minutis. Et ideo, si volueris scire loca

---

NH; *om.Ba.c.*; *ante super Bp.c.* 496 continue: *om.B* 499 vel: et NHB  
 add.mot.: lunae addito scilicet ei motu VC 500 quo: e converso *add.VC*  
 eius ver.loc.: v.l. BEL; v.l.e. NH

501 et: sic *add.VC* 503-16 (col.a): V(MP); (col.b) B2ELC; *om.NHB*  
 505 medio mot. lun.: media MP illam: *om.B2* medietatem: *spat. vacans add.*  
 B2 508 ei.ve.lo.: ve.lo.ei. EL 509 similiter: *om.EL* 516 habebis: -bit  
 C 520 aufer 12 signa: EL; tunc aufer a to<to 12> signa V; tunc a toto proice 12  
 signa C; *om.NHB* 522 in: *om.EL* 523 domini n.i.c.: *om.EL* 526 ipsa:

525 augium in nona sphaera, adde hunc motum octavae sphaerae supra  
 loca augium in ipsa octava sphaera, et habebis loca augium in nona  
 sphaera. Erit itaque locus augis deferentis solis in 28° gradu gemi-  
 norum ipsius nonae sphaerae, et hoc declaravi in tractatu cuiusdam  
 530 novi quadrantis. Motus vero octavae sphaerae semper est ab occi-  
 dente in oriens, et praecise in uno anno movetur secundum Ptoloma-  
 eum 55 secundis, unde in 6 annis movetur 5 minutis cum  
 dimidio.

(4,1) Ex iam dictis itaque invenies verum locum planetae ab ariete in  
 zodiaco nonae sphaerae, et hoc ad horam diei aequalis temporis  
 535 quaesiti et non ad horam diei inaequalis.

Et est dies aequalis sive medius sive mediocris, qui constat semper  
 ex tempore revolutionis 360 graduum aequinoctialis et 59 minuto-  
 rum et 8 secundorum. Et vocat etiam Ptolomaeus hoc tempus iomini  
 diei cum sua nocte. Dies vero inaequalis sive diversus constat  
 540 aliquando ex maiori tempore hoc tempore iomini, aliquando ex  
 minori, quod contingit propter diversitatem ascensionum signorum,  
 quae provenit ex obliquitate zodiaci, et propter diversitatem longitu-  
 dinis longioris et longitudinis brevioris deferentis solis, quae provenit  
 ex excentricitate ipsius deferentis. (4,2) Unde dies inaequalis est  
 545 tempus, quod ponit sol, cum fuerit semel centrum sui corporis in  
 linea medii caeli, donec iterum redeat ad eandem lineam. Et est linea  
 medii caeli illa, in qua sol est cum fuerit in eius maxima elevatione  
 diurna, vel cum fuerit in medio sui arcus diurni. Cum autem sol  
 fuerit in hac linea medii caeli, dicitur vera meridies, [quamvis ali-  
 550 qualis est differentia temporis inter tempus, quod fit ab ortu solis  
 usque ad hanc meridiem, et tempus, quod ab hac meridie usque ad  
 occasum; nam differentia horum temporum minima est et insensi-

---

*om.*EL 527 28: 18 V 528-9 et hoc--quadrantis: *om.*C 531 in 6 an.:  
 infra 6 annos VC 533 dictis itaque: i.d. NHB ab ar. in z.: in z. ab ar. EL  
 536 sive mediocris: vel m. LV 538 iomini: EL; iomin B; iouini (-nii NH) NHV  
 540 iomini: NEL; iomin B; iouini (-nii H) HV aliq.2: autem *add.*HB 542  
 provenit: -iunt NHBV 543 provenit: -iunt NHBV 544 ipsius: excentrici  
 sive (sui E) EL dies: die HB 546 et est: est autem EL 549 hac: *om.*EL  
 549-53 quamvis--vera meridies: B2ELV 549 al. est: est al. V; al. sit L 550  
 diff.: distantia V

552 diff.: distantia V min. est: e.m. L 553 autem: *om.*V scilicet: et



bilis. Est autem ista vera meridiēs,] scilicet meridiēs diei inaequalis.  
**(4,3)** Quoniam autem, cum centrum corporis solis fuerit in hac linea  
 555 medii caeli, antequam in revolutione diurna redeat ad eandem  
 lineam, pertranseunt de gradibus aequinoctialis 360 et insuper  
 minuta illa et secunda aequinoctialis, quae respondent tantae portioni  
 zodiaci, quantam pertransit sol in zodiaco motu proprio contra  
 firmamentum in illa revolutione diurna, -- [et dicitur haec portio  
 560 solis diurna;] sed tot minuta et secunda aequinoctialis non respon-  
 dent uni solis portioni diurnae factae in una revolutione diurna, quot  
 et alteri factae in alia revolutione: nam portio solis diurna maior est,  
 cum fuerit sol versus oppositum augis sui deferentis, quam cum  
 fuerit versus augem. **(4,4)** Et licet etiam aliquae solis portiones  
 565 diurnae adinvicem essent aequales, tot tamen minuta et secunda  
 aequinoctialis, quae dicuntur minuta ascensionum, non oportet  
 ascendere cum una portione solis diurna, quot ascendunt cum alia:  
 nam pauciora aequinoctialis minuta ascendunt cum portionibus  
 zodiaci nonae sphaerae existentibus versus gradus aequinoctiales, ut  
 570 versus caput arietis et librae, quam cum portionibus zodiaci existi-  
 entibus versus gradus solstitiales, ut versus caput cancri et capricorni,  
 quia minimae sunt ascensiones partium aequinoctialis, quae cum  
 ipsis gradibus aequinoctialibus ascendunt [in circulo directo],  
 maximae autem sunt, quae cum gradibus solstitialibus ascendunt,  
 575 quia inaequalitatem diei consideramus secundum quod dies in  
 meridie et in linea medii caeli terminantur, quae linea medii caeli est  
 circulus rectus.

**(4,5)** Omnes autem deminutiones ascensionum, quae proveniunt a  
 tempore in quo sol est in 18° aquarii [nonae sphaerae], donec sol in  
 580 revolutione unius anni solaris redeat ad eundem 18<sup>m</sup> gradum aquarii,  
 collegit Azarchel insimul cum deminutionibus portionum diurnarum  
 solis provenientibus in eadem revolutione ex elevatione augis defe-  
 rentis solis. Et dicuntur hae deminutiones collectae aequationes  
 dierum, quibus aequantur dies, et quibus reducuntur dies inaequales

---

NHB; *om.*EL 556 pertranseunt: pertransierunt EL 558 quantam: -ta  
 NHBV 559-60 et--diurna: V 569 nonae sph-ae: in nona sph-a EL 572  
 -3 quae--directo: *om.*B 573 aequ-ibus: -is NH; *def.*B in c. directo: B2ELV  
 574 ascendunt: in circulo obliquo *add.*NHB 576 terminantur: -atur V 579  
 18: gradu *add.*LV nonae sph.: ELV,B2(*infra*) 580 aqu.: nonae sphaerae  
*add.*B2 581 collegit: -xit NHB port.: proport. NHBEL 585 dies aeq.:

585 ad dies aequales et e converso. Et posuit eas Azarchel in tabula  
 aequationis dierum, quam cum tabulis ascensionum signorum in  
 circulo recto permixtim situavit. (4,6) Et istae deminutiones, quae  
 aequationes dierum dicuntur, non ponuntur in tabula aequationis  
 dierum secundum continuam augmentationem, quia non continue  
 590 deminuuntur ascensiones signorum, quia in quarta, quae est a medio  
 tauri usque ad medium leonis, auctae sunt ascensiones; et similiter in  
 quarta, quae est a medio scorpii usque ad medium aquarii; licet in  
 reliquis quartis sint illae ascensiones deminutae. Et licet etiam in illa  
 medietate zodiaci, in cuius medio est aux deferentis solis, sint  
 595 portiones solis diurnae deminutae, in reliqua vero hae portiones  
 augmentantur. (4,7) Collectio tamen augmentationum harum portio-  
 num simul cum augmentationibus ascensionum ablata a collectione  
 deminutionum positaram in tabula aequationis dierum numquam  
 eam deminuit usque ad nihil, donec sol redeat ad 18<sup>m</sup> gradum  
 600 aquarii, videlicet nonae sphaerae, quod semper est intellegendum; et  
 ideo necesse est tempus quod colligitur ex diebus inaequalibus  
 transactis a tempore, in quo sol est circa 18<sup>m</sup> gradum aquarii, existere  
 in minori tempore et breviori quam collectio temporis tot dierum  
 aequalium, nisi donec perveniat ad illum 18<sup>m</sup> gradum aquarii. Nam  
 605 cum sol fuerit ibi et in 7 sequentibus gradibus, aequale erit tempus,  
 quod colligitur ex omnibus diebus inaequalibus [anni incepti ab  
 existentia solis in illo 18° gradu aquarii,] et ex tot diebus aequalibus;  
 (4,8) et ideo est impossibile aliquod tempus collectum ex diebus  
 inaequalibus praeteritis a tempore, in quo sol est in illo 18° aquarii,  
 610 esse maius tempore collecto ex tot diebus aequalibus. Maior autem  
 deminutio temporis collecti ex diebus inaequalibus transactis a  
 praedicto tempore est cum sol fuerit in 8° et in 9° scorpii nonae  
 sphaerae, et est 7 graduum et 57 minutorum, qui valent 31 minuta  
 horae et 48 secunda.

a.d. EL 589 quia non: quae non NHBV 593 sint: sunt NHB 598  
 aeq-nis: -num NHBV 600 videlicet--intell.: nonae sphaerae EL  
 601 nec. est: nec. NHBE; est nec. L 602 sol est: e.s. EL 603 in min.: ex  
 min. HV; min. N 604 donec: sol add.EL gradum: om.NHB 605 et in  
 7: in EL 606 omnibus: aliquibus NHB 606-7 anni--aquarii: B2ELV  
 606 an. inc.: i.a. V 608-9 collectum--praeteritis: collectionum dierum in-  
 aequalium praeteritarum (-itorum NH) NHB 609 sol est: e.s. et EL 610 col-  
 lecto--aequalibus: collectionis tot dierum aequalium NHB 613 qui: q(uae) NEL

615 **(4,9)** Quoniam tamen non est multum perceptibilis in tanto  
tempore motus uniuscuiusque planetarum praeterquam motus lunae,  
ideo hoc tempus aequationis dierum pro motu lunae solum est  
curandum. Oportet igitur supponere radicem medii motus lunae  
fuisse positam et verificatam ad aliquam meridiem praeteriti tempo-  
620 ris, in qua sol fuit in 18° gradu aquarii nonae sphaerae. **(4,10)** Et  
quia annus non incipit in illo tempore nec in illa meridie, in qua sol  
est in illo 18° gradu aquarii, ideo locus medii motus lunae positus in  
initio anni, videlicet in meridie ultimi diei, non positus est ad veram  
meridiem illius diei, sed ad tantum tempus post veram meridiem,  
625 quantum invenitur de tempore aequationis dierum in tabula in  
directo illius gradus zodiaci, in quo sol est in initio anni; **(4,11)** et  
etiam locus lunae inventus per tabulas ad meridiem cuiuslibet  
alterius diei non erit ad veram meridiem illius diei inventus, sed ad  
tantum tempus post illam veram meridiem, quantum respondet  
630 gradui solis illius diei de tempore aequationis dierum. Et hoc ideo  
accidit, quia locus lunae, sicut loca aliorum planetarum, invenitur  
mediante tempore dierum aequalium transactarum ab illa die, in qua  
sol est in 18° aquarii; et hoc tempus semper maius est et longius  
tempore tot dierum inaequalium, nisi cum sol fuerit in 18° gradu  
635 aquarii et in 7 gradibus sequentibus illum, sicut prius ostensum est.

**(4,12)** Et ideo, si velis scire, per quot horas post veram meridiem  
inventus sit locus lunae, qui invenitur per tabulas et per hoc instru-  
mentum, oportet te semper addere supra tempus, mediante quo  
medium motum lunae invenisti, tempus aequationis dierum, quod in  
640 tabula aequationis dierum ponitur in directo illius gradus zodiaci, in  
quo sol est in die inquisitionis veri loci lunae. Et hoc erit verum  
tempus et tempus aequatum, in quo verus locus lunae post veram  
meridiem est inventus. Et hoc modo invenies verum tempus unius-  
cuiusque coniunctionis et oppositionis solis et lunae et eclipsis et  
645 aliorum aspectuum lunae cum sole et cum ceteris planetis.

---

**620** gradu: *om.*NHB aquarii: *om.*EL **621** sol est: e.s. EL **623** ultimi: -mae  
EL positus est: e.p. LV veram: verum EL; *om.*V **624** tempus: p()*pc*  
NHB veram: certam V; verum EL *ut saepius* **625** tabula: tabulis V *ut saepius*  
**626** sol est: e.s. EL; e. B **629** illam veram: illam B; illum verum E; illam certam  
V **630** ideo acc.: a.i. NHB **631** sicut: *et add.*EL **632** transactarum: -lato-  
rum N; -actorum EL *ut saepius* **633** sol est: e.s. EL 18: gr. *add.*LV **634**  
gradu: *om.*NHB **641** sol est in: e. s. in illo EL **644** ecl-is: -es *omnes* **645**

(4,13) Sed cum locum lunae observaveris per sensibilem aspectum ad certam horam, ut ad veram meridiem alicuius diei, et velis scire utrum haec observatio cum tabulis concordaverit, quod oportet ad hoc quod tabulae verae sint, subtrahe tempus aequationis dierum  
 650 positum in directo illius gradus zodiaci, in quo sol est in illo die observationis lunae, ab illa meridie, in qua locum lunae observasti, et mediante residuo temporis examina locum lunae. Nam in quantum hic locus lunae hoc modo iam examinatus ab observatione facta per sensibilem aspectum discordaverit, in tantum tabulae falsae sunt et  
 655 incorrectae.

(4,14) Quoniam autem ista tabula aequationum dierum supponit augem deferentis solis existere in gradu determinato zodiaci nonae sphaerae, sicut tabula Azarchelis de aequationibus dierum supponit augem deferentis solis esse in 17° gradu et 50° minuto geminorum  
 660 nonae sphaerae – sed in nostro tempore pervenit ipsa aux ad 28<sup>m</sup> geminorum ipsius nonae sphaerae, et ideo dicimus hanc augem semper esse in 17° gradu et 50° minuto octavae sphaerae: sic utique ponimus auges reliquorum planetarum existere in zodiaco octavae sphaerae in illis gradibus, in quibus gradibus zodiaci nonae sphaerae  
 665 posuit Azarchel ipsas esse in suo tempore – et quia ipsa aux deferentis solis non est in 17° vel in 18° gradu geminorum nonae sphaerae, sed in 28° geminorum, ideo collectio deminutionum ascensionum cum deminutionibus portionum diurnarum solis altera erit et aliter disposita in nostro praesenti tempore quam in tempore  
 670 Azarchelis.

(4,15) Et propter hoc auxiliante Deo constitui hanc tabulam aequationis dierum et direxi ad nostrum tempus, supponendo locum augis deferentis solis esse in 28° gradu geminorum nonae sphaerae. Et discordat ista praesens tabula in aliquibus a tabula Azarchelis

---

asp-uum: -um HBE      650 sol est: e.s. EL

651 ab illa meridie: in (om.E) illo die EL      653 facta: perfecta EL      654 disc-it: -is NHB      656 ista tab.--sup.: istae tabulae--supponunt V ut saepius      659 gemin.: ipsius add.EL      660 28(18 V): gr. add.LV      664 zod.: ante in quibus EL      666 in 18: 18 NEL      667 demin.: om.EL      669 et: om.EL      671 hanc tab. aequ.: tabulam hanc bipartitam de aequationibus V (et similia infra)      674 in aliq. a t.: a t. L; om.E      675 supp.: positionum V      682 solis--motus: om.EL; alia N      683 medietatem: medii add.EL      684 ostendet: -dit EL      687 praecedat: -dit EL      688-9 nam ab--motus lunae: om.NH      689-90 sit-- motus solis: sit--mo-

675 propter diversitatem suppositionum locorum augium deferentis solis:  
unde in directo 6 graduum geminorum ponuntur plus 20 minuta in  
tabula Azarchelis quam in praesenti tabula.

⟨*Tabula aequationis dierum.*⟩

(5,1) Si autem tempus verae coniunctionis solis et lunae scire  
680 desideras, quaere tempus mediae coniunctionis solis et lunae per  
tabulas mediorum motuum. Quod sic invenies: Divide distantiam,  
quae est inter terminum medii motus solis et terminum medii motus  
lunae, per medietatem motus centri medii lunae in uno die vel in  
685 numerum horarum vel minorum, qui addendus est supra tempus  
in quo ipsam distantiam invenisti, et hoc si sit longitudo solis, id est  
si terminus medii motus solis praecedat terminum medii motus  
lunae; nam ab ipso tempore auferendus est, si sit longitudo lunae, ut  
690 si terminus medii motus lunae sit in pluribus gradibus quam  
terminus medii motus solis. Facta autem tali additione vel subtrac-  
tione habebis tempus mediae coniunctionis solis et lunae.

|(5,2) Facilius autem habebis hoc tempus coniunctionis mediae per  
tabulam medietatis centri lunae: nam quando nihil habebit in  
medietate centri lunae, tunc erit media coniunctio, et quantum ibi  
695 erit de medietate centri, in tantum praecessit coniunctio media, et  
tanta erit distantia inter medium motum lunae et solis. Tempus  
autem illius distantiae faciliter invenies absque omni divisione per  
illam tabulam medietatis centri lunae: nam cum gradibus et minutis  
illius distantiae intrabis illam tabulam, et quod ei debetur de tempore  
700 erit tempus quaesitum illius distantiae. (5,3) Si autem numerum  
graduum illius distantiae in tabula praecise non inveneris, accipe  
similiorem sibi, minorem tamen, et quod in directo eius debetur de  
tempore in linea numeri accipe. Deinde cum residuo graduum vel  
minutorum sequentem tabulam minoris temporis ingredi, et quod  
705 ei debetur de tempore cum tempore prius accepto collige. Et ita  
semper operare, donec sic intraveris tabulas cum praeciso numero

---

tus lunae sit--motus solis NH 692-708 (5,2-3): B2EL 693 habebit: habebis B2  
696 medium: om.B2 et: medium motum add.B2 697 omni: aliqua B2 699  
illam tab.: t.i. L 700 numerum: L; numerus B2E

701 praecise: *post* inven. L 702 sibi: illi L 706 praeciso: -cise(?) B2

graduum minorum et secundorum ipsius distantiae, et hoc modo colliges praecise tempus huius distantiae.]

(5,4) Deinde cum hoc tempore mediae coniunctionis examina per  
 710 instrumentum verum locum solis et lunae. Et si in eodem gradu et in  
 eodem minuto inveniatur verus locus solis cum vero loco lunae, erit  
 idem tempus mediae coniunctionis et tempus verae coniunctionis.  
 Sed si haec vera loca solis et lunae non reperiantur in eodem loco,  
 adde 12<sup>am</sup> partem distantiae ipsorum locorum supra ipsammet  
 715 distantiam, et productum divide per verum motum lunae in una hora  
 vel in minuto horae ad tempus vel circa tempus coniunctionis  
 factum. Et inde numerus quotiens ex divisione proveniens ostendet  
 numerum horarum vel minorum, qui addendus est supra tempus  
 mediae coniunctionis, si sit longitudo solis, vel qui ab eo subtrahen-  
 720 dus est, si sit longitudo lunae. Et inde habebis tempus verae  
 coniunctionis vel prope.

(5,5) Aliter autem hoc idem invenies, ut verum motum solis in una  
 hora vel in uno minuto horae factum circa tempus coniunctionis  
 subtrahere de vero motu lunae in una hora vel in uno minuto horae ad  
 725 idem tempus coniunctionis, et per residuum divide praedictam  
 distantiam; et numerus quotiens ostendet tempus addendum vel  
 subtrahendum a tempore mediae coniunctionis solis et lunae, ut  
 invenias tempus verae coniunctionis.

(5,6) Et quia adhuc contingit quod tempus verae coniunctionis  
 730 solis et lunae praecise non inveniatur – parva tamen erit differentia  
 temporis – ideo cum hoc tempore ultimo invento, quod fere est  
 tempus verae coniunctionis, quaere adhuc per instrumentum vera  
 loca solis et lunae. Nam si in eodem loco eorum vera loca  
 inveniantur, erit tempus habitum praecise tempus verae coniunc-  
 735 tionis. Sin autem, cum eorum distantia, quae de necessitate parva

---

707 graduum: et *add.*L et sec.: sec. E 711 cum v-o l-o: et v-us l-us EL  
 712 coni. et t.: et EL 713 loco: sed in diversis *add.*EL 714 ips. loc.: l.i. EL  
 ipsammet(-mes H) dist.: met d. E; d. met L 716 vel in: vel EL 717 fac. et i.:  
 et EL 719-20 qui, est: *om.*EL 723 in uno: *om.*EL circa (certa B): et EL  
 724 una hora: h. EL in uno: in NHB; *om.*EL horae: *om.*BEL 726  
 ostendet: tibi *add.*EL 727 subtrah.: minuendum EL 727-8 ut--coniuncto:  
 ut invenias t.v.c. solis et lunae ut invenias t.v.c. E; solis et lunae *add.*L 730  
 inv-etur: -atur EL diff.: distantia V 731 temporis: quae ex distantia contin-  
 get NHB invento: *om.*EL 734 inv-antur: -untur EL tempus<sub>2</sub>: *om.*B; *ins.*

erit, et cum tempore ultimo habito, quod fere fuit tempus verae  
 coniunctionis, erit penitus operandum, sicut cum priori distantia et  
 cum tempore mediae coniunctionis fuit operatum; et inde habebis  
 praecise tempus verae coniunctionis solis et lunae. Et hoc erit ad  
 740 horam diei aequalis et non ad horam diei inaequalis: unde si velis  
 scire, in qua hora post veram meridiem erit vera coniunctio, operare  
 ut praemonstratum est in praecedenti capitulo de aequationibus  
 dierum.

**[(5,7)** Poteris etiam tempus verae coniunctionis solis et lunae  
 745 invenire absque aliqua divisione, ut quaerendo per tabulam medie-  
 tatis centri lunae tempus, quod debetur tot gradibus vel minutis, quot  
 sunt in distantia inter verum locum solis et verum locum lunae,  
 quemadmodum ostensum est in inquisitione coniunctionis mediae.]

**(5,8)** Hoc autem modo penitus invenies tempus verae oppositionis  
 750 solis et lunae. Nam solis et lunae oppositio est coniunctio solis cum  
 nadair lunae, et ideo penitus oportet operari cum distantia, quae est  
 inter solem et nadair lunae, sicut est operandum in coniunctione cum  
 distantia, quae est inter solem et lunam. Et sic etiam invenies tempus  
 ceterorum aspectuum solis et lunae, quia eorum sextilis aspectus est  
 755 coniunctio solis cum 60° gradu a luna, et aspectus quartus est etiam  
 coniunctio solis cum 90° gradu a luna; et ideo similiter per praedi-  
 ctum modum oportet operari cum distantia, quae est inter istos  
 gradus et solem, ad habendum tempus horum aspectuum.

**(5,9)** Hoc etiam modo penitus invenies universaliter certum  
 760 tempus omnium aspectuum quorumlibet planetarum. Nam quem-  
 admodum dividitur distantia inter solem et lunam per illud quod  
 remanet post abstractionem motus solis in aliquo tempore a motu  
 lunae in eodem tempore in inquisitione temporis coniunctionis solis  
 et lunae, sic etiam in inquisitione temporis omnium aspectuum

---

B2 735 parva: minima EL 737 sicut: ut EL 739 verae: om. EL 741  
 veram: certam NHB; verum EL erit: ipsa add. NHB 743 dierum: quaeren-  
 do add. EL; et si verum locum coniunctis add. V 744-8 (5, 7): B2 EL 745 in-  
 venire: om. B2 746 quot sunt: quod sunt B2; quod est EL 747 distantia:  
 quae est add. B2

751 ope. ope-i: ope-e NH; ope. ope-e B 752 solem: locum solis EL 753  
 etiam: om. EL 755 etiam: om. EL 757 ope-i: ope-e HB 758 horum:  
 istorum EL 759 modo: om. NHB 762 abst.: subt. EL 763 temp. coni.:  
 c. t. EL; def. B 764 om. as. pl.: a. o. p. EL; o. p. a. H 765 oportet: omnium (?)

765 planetarum oportet distantiam inter terminos aspectuum planetarum  
 dividere per illud quod remanet post subtractionem motus planetae  
 tardioris in aliquo tempore a motu velocioris planetae in eodem  
 tempore. Numerus enim quotiens ex divisione proveniens ostendet  
 tibi sicut prius tempus addendum supra tempus, in quo ipsa distantia  
 770 inter terminos aspectuum est inventa; et hoc si sit longitudo tardioris  
 planetae; nam si sit longitudo velocioris, erit auferendum illud  
 tempus a tempore inventionis ipsius distantiae; et habebis inde  
 certum tempus aspectuum planetarum. Si sit tamen statio vel retro-  
 gradatio in planetis, aliter continget operari. (5,10) Attamen, licet  
 775 termini aspectuum planetarum non sint in eodem gradu, adhuc  
 dicuntur planetae se aspicere, dum tamen quantitates medietatis  
 semidiametri orbis luminis utriusque simul iunctae tantum vel plus  
 comprehendant de zodiaco quam distantia inter terminos suorum  
 aspectuum, licet tamen verius et fortius se aspiciant, cum inter  
 780 terminos suorum aspectuum nulla fuerit distantia. Et sunt orbis  
 luminis planetarum quidam circuli, quorum centra sunt gradus  
 zodiaci, qui sunt vera loca planetarum. Et semidiameter huius orbis  
 Saturni continet 9 gradus zodiaci, et semidiameter orbis Iovis  
 continet etiam 9 gradus, sed semidiameter orbis Martis continet 8  
 785 gradus, et semidiameter orbis solis 15 gradus, et Veneris 7, et etiam  
 Mercurii 7, et lunae 12.

(6,1) Si autem scire volueris verum motum planetae in uno die vel in  
 una hora vel in uno minuto horae, qui dicitur *buth* planetae in tanto  
 tempore, examina per instrumentum verum locum planetae ad  
 790 initium illius diei et ad initium sequentis diei. Differentia enim inter  
 haec loca planetae iam sic inventa erit *buth* illius planetae in uno die.  
 Et eodem modo penitus invenies *buth* planetae in una hora vel in  
 minuto horae. Et hoc modo etiam invenies verum motum planetae in

---

E; omnem L 769 tibi: etiam NH; et B; *om.V* 773-4 si--attamen: *om.V*  
 774 planetis: B2(v.i.),*cett.*; planeta NHB; *def.V* continget: oportet EL; *def.V*  
 operari: si tamen sit--contingit operari *ins.B2* 775 planetarum: *om.EL* 777  
 semid.: B2, *cett.*; se(m)i t(ri) B; centri EL 778 quam: quantum EL 779 asp-ant:  
 -unt HB; *def.N* 784 etiam: *om.NHEL* sed: et EL 788 uno min.: min.  
 NHBV 792 eodem: hoc EL 792-3 invenies--modo: *om.EL* 793 mo-  
 tum: locum EL 795 uno die: una d. EL tempore: *om.B*; *ins.B2* 799  
 deinde: et inde NHB; et deinde EO etiam quaere: q.e. HBV



795 multis diebus et in anno. Medium autem motum planetae in uno  
anno vel in uno die vel in aliquo alio tempore invenies facilliter in  
tabula medii motus illius planetae.

(7,1) Si autem velis scire utrum planeta sit retrogradus vel stationarius vel directus, quaere verum locum planetae per instrumentum ad initium diei, in quo hoc scire volueris; deinde etiam quaere verum  
800 locum eius ad initium sequentis diei. Nam si in utroque tempore in eodem loco reperiatur, erit stationarius; si vero in sequenti tempore in paucioribus gradibus reperiatur quam in tempore praecedenti, erit retrogradus; sed si in sequenti tempore in pluribus gradibus vel minutis reperiatur, erit directus. [(7,2) Et potest esse tripliciter: vel  
805 erit directus velox vel directus] tardus cursu vel [directus] aequalis. Nam si ille excessus, in quo plus motus est in sequenti tempore quam in praecedenti, sit in tot gradibus vel minutis, in quot gradibus vel minutis est eius medius motus in die, tunc est [directus et] aequalis cursu; sed si in paucioribus quam est eius medius motus,  
810 erit [directus et] tardus cursu; si vero sit in pluribus gradibus, erit directus [velox].

(7,3) Et loca epicycli, in quibus reperiuntur hae proprietates quae solum contingunt occasione epicycli, facilliter hoc modo invenies. Posito centro medio ac medio argumento, protende duo fila a centro  
815 terrae usque ad circulum epicycli ipsius planetae, contingentia circumferentiam ipsius epicycli in parte dextra et sinistra. Nam cum planeta fuerit in istis punctis contactuum vel prope ipsa, erit [directus et] aequalis cursu; cum autem fuerit in superiori portione epicycli comprehensa inter ista puncta contactuum, erit semper ipse directus  
820 [et velox]; sed cum fuerit parum sub istis punctis, erit tardus cursu. (7,4) Et etiam parum sub istis punctis suae tarditatis erunt termini suae retrogradationis], quae sunt loca stationum]; unde in illa

---

802 tem. pr.: praesenti t. EL 804-5 et--velox vel dir.: B2ELVO; vel NHB  
804 tripl.: ?triplicus V; triplicitus O 805 directus: B2ELVO 806 motus  
est: e.m. EL 807 vel: in tot add.NHVO quot: quibus V; quos B; def.NH  
808 directus et: B2ELO 809 sed si: sit add.VO 810 directus et: B2ELO  
gradibus: om.EL 811 velox: B2ELO 817 vel prope: et p. NHV, Ba.c.  
ipsa: ipse NEL directus et(om.EL) B2ELO 819 ipse: om.EL 820 et  
velox: B2EL; def.O erit: directus vel add.EL; def.O 821 istis: om.ELO  
822 quae (qui B2)--stationum (sectionum EL): B2ELO 823 inferiori: -oris HO

portione inferiori circuli sui epicycli, quae est comprehensa inter istos terminos retrogradationis, erit semper planeta retrogradus. Est autem  
 825 punctus sub puncto contactus existens in dextra parte epicycli punctus stationis primae, et qui sub puncto contactus existit in parte sinistra epicycli est punctus stationis secundae. [†Et quamvis incipiat eius directio in puncto contactus sinistro, tamen in puncto contactus dextro non incipit eius retrogradatio†: nam per aliquod spatium sub  
 830 eo est terminus initii retrogradationis, per quod etiam spatium est finis retrogradationis sub puncto contactus sinistro.] Quae autem sit pars dextra vel sinistra, per statuum imaginatam in circulo epicycli superius fuit declaratum.

(7,5) Luna vero non omnes istas proprietates habet, sed habet  
 835 velocitatem et tarditatem et aequalitatem motus. Unde in punctis contactuum est ipsa aequalis cursu, et in medietate superiori epicycli comprehensa inter puncta contactuum est ipsa tarda, et in reliqua medietate inferiori est velox. Et ipsa numquam potest esse retrograda, quia parvum habet epicyclum, et quia etiam tardior est motus  
 840 sui argumenti quam eius medius motus. Et quod similiter sit in superiori medietate tarda et in alia velox, hoc accidit eo quod motus sui argumenti contrarius est motui argumenti cuiuslibet alterius planetae.

Si autem comparaveris has proprietates provenientes occasione  
 845 epicycli ad ipsas quae proveniunt causa excentricitatis deferentis planetae, habebis has proprietates, sicut veraciter contingit.

(7,6) Si vero centrum verum et argumentum verum et augem veram in epicyclo scire desideras, protrahe filum per centrum terrae

---

**825** sub p.c.: stationis EL; sub p. stationis c. O **826** qui--existit: punctus contactus existens V; contactus qui est O; qui existit EL **827-31** et (*om.VO*) --retrograd.--sinistro: *om.EL*; *lined dist.B* **827-9** et--retrogradatio: *sensui satisfaceret* et quantum incipit eius directio sub p. c. sin., tantum sub p. c. dex. incipit eius retr. **827** incipiat: incipit NHB; *def.EL* **828** directio: tam *add.NH*; *def.EL* tamen: tam NH; *def.EL* **831** puncto: ipso NHB; *def.EL* **833** superius fuit: f.s. LV; f. O; *alia N* **834** habet: *ante omnes LO* **836** est ipsa: i.e. LV sup-i: sup-is NHBV **837** est ipsa: i.e. LV tarda: *cursu add.EL* in rel.: rel. NHB; in O **838** inferiori: in superiori V; *om.EL* ipsa nu.: n.i. NHB; n.O **840** quod: quia NHEL **841** superiori: inferiori V, *Oa.c.* **841-3** hoc acc.--planetae *om.EL* **844** comparaveris: -averit H; -avi(m)(us) O,B? **844-5** has propr.--deferentis:

transiens per centrum epicycli usque ad zodiacum; ubi enim hoc  
 850 filum superiorem partem epicycli contingat, ibi erit aux vera in  
 epicyclo; et quantum elongatus fuerit planeta ab illa auge secundum  
 motum eius in epicyclo, tantum erit eius verum argumentum; et  
 arcus zodiaci interceptus inter augem et abscissionem huius fili ostendit  
 eius centrum verum. Et hoc si fuerit centrum medium minus 6  
 855 signis; sed si fuisset plus 6 signis, tunc addatur ille arcus interceptus  
 inter augem et filum supra 6 signa, et quod inde proveniet erit eius  
 centrum verum.

**(8,1)** Quoniam sol non deviat ab ecliptica zodiaci, ideo non dicitur  
 habere latitudinem; sed declinationem habet ab aequinoctiali. Unde  
 860 si velis scire partem suae declinationis, considera, quantus est eius  
 verus motus a capite arietis nonae sphaerae. Nam si sit ab uno gradu  
 in tribus signis, est septentrionalis ascendens, et si a 3 in 6, erit  
 septentrionalis descendens, et si sit a 6 in 9, erit meridionalis  
 descendens, et si sit a 9 in 12, erit meridionalis ascendens. Et sic  
 865 habebis partem declinationis solis ab aequinoctiali, et sic declinationes  
 ceterorum planetarum posses invenire.

**(8,2)** Sed latitudines planetarum ab ecliptica alio modo inveni-  
 entur. Cum enim latitudinem lunae scire desideras, verum motum  
 Geuzaar, id est capitis draconis, de vero motu lunae minue, vel  
 870 medium motum Geuzaar vero motui lunae adiunge, et habebis  
 argumentum latitudinis lunae. [Verum autem motum Geuzaar habe-  
 bis auferendo eius medium motum a 12 signis: residuum enim erit  
 eius verus motus.] Deinde cum argumento latitudinis lunae lineas  
 numeri tabularum aequationis lunae ingrediere – nam in extremis  
 875 ultimis tabularum illarum solent poni latitudines lunae – et sume

---

motum in zodiaco proveniente ex parte argumenti ad ipsum qui provenit ex  
 parte centri EL **846** contingat: -gunt EL **847** vero: autem EL; *om.*O  
 veram: *om.*EL **850** contingat: -get NLO; -git V

**851-2** secundum--epic.: *om.*V **852** eius<sub>2</sub>: *om.*NHO **853** huius: *om.*NHBV  
**854** fuerit: fuerat NHB; eius *add.*VO **855** addatur i.a.i.: debet addi i.a.i. VO;  
 addatis illum arcum interceptum NHB **858** quoniam: autem *add.*EL **860**  
 quantus: -tum EL **862** si: sit *add.*BV in 6: ad 6 EL **863** sit a 6: a 6 ELO  
**864** sit a 9: a 9 ELO **865** decl.: *post* invenire EL **869** drac.: verum--motus  
 (*linn.* 871-3) *hic ins.* B2 motu: loco EL **871-3** verum--motus: ELVO, B2 (*v.s.*)  
**872** enim: autem EL **873** motus: locus EL deinde--lat. lunae: ELVO;

quod in directo illius ponitur de latitudine lunae. **(8,3)** Unde haec latitudo sic inventa erit septentrionalis ascendens, si fuerit argumentum latitudinis ab uno gradu in 3 signa, et erit septentrionalis descendens, si fuerit a 3 signis in 6, sed si sit a 6 in 9, erit  
 880 meridionalis descendens, et si a 9 in 12, erit meridionalis ascendens; et hoc sicut prius de solis declinatione. Et potest tabula latitudinis lunae per se poni absque tabulis aequationis lunae.

**(8,4)** Si vero latitudines trium superiorum planetarum scire volueris, considera, cuius latitudinem scire desideras: nam si Saturni,  
 885 centro eius vero 50 gradus adde; sed si Iovis, a centro vero Iovis 20 gradus minue; si vero Martis, ab eius centro vero nihil adde nec minue. Cum hoc quod inde provenit lineas numeri tabulae latitudinis trium superiorum ingredi, et quod in directo eius inveneris de minutis proportionalibus sume. **(8,5)** Deinde cum argumento vero  
 890 planetae intra easdem lineas numeri, et quod in directo eius inveneris de latitudine planetae septentrionali vel meridionali sume. Si enim centrum verum planetae cum suo additamento, si quod habuerit, cum quo centro minuta proportionalia sumpsisti, fuerit ab uno gradu in 3 signa vel a 9 in 12, [id est in superiori parte tabulae,] accipe  
 895 latitudinem septentrionalem; sin autem, meridianam. Postea accipe de latitudine hanc partem proportionalem secundum proportionem minorum proportionalium ad 60, et sic habebis latitudinem trium superiorum.

**(8,6)** Et hunc canonem latitudinum trium superiorum cum sua  
 900 tabula, quae in sequenti posita est, constituit Ptolomaeus, et huic canoni est omnino adhaerens ipse Albategni, et iste canon veritati consonat. Ab eo tamen diversus est canon latitudinum trium superiorum, quem posuit auctor canonum tabularum, et cum alia tabula ibi

---

*rasura* B2; cum quo argumento NHB **876** illius: *om.* EL **877** latitudo: lunae  
*add.* EL erit: *ante* haec NHBO **879** si fuerit: si sit B; et si sit V; et si O in 6:  
 erit 7<sup>lis</sup> ascendens(desc-O) *add.* VO **881** hoc: est *add.* NHBV **883** plan.:  
*om.* EL **884** latit.: hic *add.* V; hoc *add.* NHEO; *rasuram add.* B si: *om.* BO  
**885** eius: *om.* NH; *rasura* B **886-7** si vero--adde nec(vel V,N2) minue: BVO,  
*Np.c.* (=N2); si vero--subtrahe nec adde EL; *om.* H,Na.c. **886** centro vero: v.c.  
 VO; c. N2; *def.* H,Na.c. **891** enim: fuerit *add.* BVO **892** add.: addito EL  
 habuerit: habuit NH; fuerit O **893** fuerit: *omnes* **894** id est--tabulae:  
 B2ELVO **896** hanc: hac NB **899-913** (8,6): *om.* O  
**901** omnino: *om.* NHEL **903** alia: i(II)a E; ista L **905** etiam: *om.* EL

operatur; sed ille canon a veritate multum discordat. Et maxime  
 905 etiam canon illiusmet auctoris super latitudinibus Veneris et Mercurii  
 a veritate deviat, et est similiter a canone Ptolomaei et Albategni  
 diversus et aliam supponit tabulam. Et est etiam canon Albategni de  
 his latitudinibus Veneris et Mercurii in aliquibus diversus a canone  
 Ptolomaei in Almagesti posito, et est eorum discordia in numeris  
 910 addendis vero centro Veneris et Mercurii; ambo tamen operantur  
 cum eadem tabula, quae posterius ponetur. Unde Albategni in fine  
 31<sup>i</sup> capituli imponit errorem translatori in transferendo illud capi-  
 tulum, aut quod liber, a quo transtulit, erat ibi falsus.

(8,7) Cum igitur latitudinem Veneris et Mercurii scire desideras,  
 915 intra lineas numeri tabulae latitudinis eorum cum argumento vero  
 illius, cuius latitudinem scire desideras, et accipe quod in directo eius  
 fuerit in tabula declinationis et in tabula reflexionis, et unumquodque  
 seorsum scribe. (8,8) Et si fuerit inquisitio tua de Mercurio et esset  
 centrum eius verum in superiori medietate, ex sola reflexione 10<sup>am</sup>  
 920 partem eius minue, sed si fuerit in medietate inferiori, illam 10<sup>am</sup>  
 partem reflexionis super ipsam reflexionem adde. Dicitur autem  
 universaliter medietas superior tam in centro quam in argumento illa,  
 in qua numerus centri vel argumenti est, cum fuerit ab uno gradu in  
 3 signis vel a 9 in 12, et dicitur inferior, si fuerit a 3 signis in 6 vel a 6  
 925 in 9. Reflexioni autem Veneris nihil oportet addere vel deminuere,  
 quia eius excentricitas parva est. (8,9) Postea centro vero Veneris 60  
 gradus adde, et centro vero Mercurii 270 gradus adde; et si post  
 additionem proveniunt ultra 360 gradus, cum illo quod fuerit ultra  
 360, sicut cum illo quod fuerit minus 360 gradibus, ingredi eadem  
 930 lineas numeri, et quod in directo eius inveneris de minutis propor-  
 tionalibus sume. Deinde a declinatione prius habita accipe partem  
 proportionalem secundum proportionem minorum proportiona-  
 lium ad 60. Et haec erit eius prima latitudo examinata, quae provenit

---

lat-ibus: -em HL 906 canone: -nibus EL 907 et est: est NHB; et EL  
 908 div.: d. est NHE; est d. L 909 est: om.E; post disc. L 910 vero: om.BV  
 912 31: tricesimi suimet V; 31 sui B 917 fuerit: ante in dir. EL 919 cen.ei.:  
 e.c. NL 920 10: 12 NHO; om.V 921 ipsam: illam ELO 924 vel<sub>2</sub>: et  
 BV; def.O 925 veneris: 60 gr.--270 gr. (lin.926-7) hic replicant EL vel: nec H;  
 n(eque) O; vel nec N; del.B demin.: min. VO 927 et centro--adde: 10 gr.  
 adde O; om.B 928 proveniunt: provenerint NHBL 929 360<sub>1</sub>: gradus  
 add.EL sicut: si erit V; sin autem malim easdem: eadem H; eas EL 933

ex declinatione epicycli; et serva eam. **(8,10)** Si autem hoc centrum  
 935 verum cum suo additamento et argumentum verum, cum quo  
 operatum fuerit, sint in eadem parte circuli, id est, si ambo sint in  
 medietate superiori aut ambo in medietate inferiori, erit ipsa latitudo  
 aequata meridiana; sed si unum illorum fuerit in una medietate et  
 aliud in altera, erit ipsa septentrionalis. Et sic eius partem cognosces,  
 940 quam memoriae commenda, scribens super eam nomen suae partis.

**(8,11)** Post hoc accipe centrum verum utriusque, et si fuerit  
 inquisitio de Venere, eius centro vero nihil adde nec subtrahe, sed si  
 fuerit de Mercurio, centro eius vero 180 gradus adde et cum eo,  
 quod inde provenit, sicut cum simplici centro Veneris, lineas numeri  
 945 eiusdem tabulae ingredi; et quod in eius directo fuerit de minutis  
 proportionalibus in duobus locis seorsum scribe. Deinde considera,  
 in qua proportione ad 60 sunt ipsa minuta proportionalia in aliquo  
 duorum locorum posita: nam ex reflexione prius reservata sume  
 partem proportionalem secundum proportionem illorum minorum  
 950 ad 60, et haec erit reflexio examinata: scribe eam. **(8,12)** Unde si  
 fuerit in medietate superiori centrum verum simplex ipsius Veneris  
 vel centrum verum Mercurii cum suo additamento, per quod haec  
 minuta proportionalia invenisti, et cum hoc fuerit argumentum  
 verum planetae minus 180 gradibus, erit reflexio examinata septen-  
 955 trionalis; si autem ipsum verum argumentum fuerit plus 180 gradi-  
 bus, erit illa reflexio meridionalis. Tamen, si fuerit praedictum  
 centrum in medietate inferiori et argumentum verum planetae fuerit  
 minus 180 gradibus, erit ipsa reflexio meridionalis; sed si fuerit  
 argumentum verum plus 180 gradibus, erit reflexio septentrionalis.  
 960 Et haec erit latitudo secunda examinata, quae provenit ex reflexione  
 epicycli.

**(8,13)** Postea, si sit tua inquisitio de Venere, accipe de minutis  
 proportionalibus in altero locorum positus 6<sup>am</sup> partem, quae erit

---

ei.pr.: p.e. LV; p.O **934** hoc: *om.NHB* **935** cum--add.: *om.NHB* quo:  
 est *add.Bp.c.*; iam *add.O* **936** fuerit: fuerat NH; erit EL; est O; *om.B* **937**  
 med.sup.--erit: med.inferiori erit BO; med.sup.erit V **941** hoc: haec HEO,  
*fortasse alii* **943** 180: 160 O *ut saepius* et: BL; *om.cett.* **945** in eius d. f.:  
 f.i.d.e. LO

**951** in med.: immediate (?) NHE **954** minus: unius NH; ab un<sup>o</sup> usque in O;  
*om.V* **956-9** tamen--septentrionalis: *om.V* **959** argum.: centrum EL; *def.V*  
 plus: planetae B; *def.V* **960** haec: hoc E, ?V secunda: -do EL **964** tertia:

latitudo Veneris tertia examinata, proveniens ex deviatione deferentis  
 965 ab ecliptica; et est semper haec tertia latitudo Veneris septentrionalis.  
 Si autem examinatio fuerit de Mercurio, de ipsis minutis proportio-  
 nalibus accipe 4<sup>am</sup> partem et illius 4<sup>ae</sup> dimidium, quae 4<sup>a</sup> pars cum  
 suo dimidio erit latitudo Mercurii tertia examinata, quae semper erit  
 meridiana.

970 **(8,14)** Postea istas tres latitudines adinvicem collige, si omnes sint  
 in eadem parte; si tamen sint in diversis partibus, ut si una sit in  
 parte septentrionali et aliae duae in meridionali vel e converso, tunc  
 subtrahe omne illud, quod meridionale est, ab illo quod est septen-  
 trionale, si illud, quod est septentrionale, fuerit maius eo quod est  
 975 meridionale; et residuum erit planetae latitudo septentrionalis ultimo  
 verificata. Si tamen illud, quod est meridionale in latitudine, fuerit  
 maius quam illud quod est septentrionale, tunc subtrahe illud quod  
 est septentrionale ab eo quod est meridionale, et residuum erit  
 latitudo verificata meridionalis.

980 **(8,15)** Est autem Saturni latitudo septentrionalis maxima se-  
 cundum Ptolomaeum 3 graduum et 2 minutorum, meridionalis vero  
 3 graduum et 5 minutorum. Iovis autem maxima latitudo septen-  
 trionalis et etiam meridionalis est 2 graduum et 8 minutorum. Martis  
 quidem maxima latitudo septentrionalis est 4 graduum, meridionalis  
 985 vero 6. Veneris autem tam septentrionalis quam meridionalis est 8  
 graduum et 56 minutorum. Et etiam Mercurii tam septentrionalis  
 quam meridionalis est 4 graduum et 18 minutorum.

**(8,16)** Si vero volueris scire utrum planeta sit ascendens vel  
 descendens in parte, in qua fuerit, eius latitudinem post 10 dies  
 990 examina. Quod si sit latitudo eius septentrionalis et eius latitudinem  
 augmentari videris, indubitanter erit ascendens; et si eam deminui  
 videris, erit descendens. Sed si eius latitudo meridiana fuerit et

---

3° EL 965 est semper: est secundum H; erit EL tertia l.v.: l.v.t. V; l.t.v. O  
 967 illius 4: eius NHB; eius 4<sup>te</sup> O 968 suo dim.: d. illō N; illo d. HB; d. VO  
 tertia: 3° L semper: similiter EL 972 et aliae: et(om.E) reliquae EL; om.NH  
 merid.: parte mer. EL 974 si i.q.e.sept.: om.B illud: illud vel id NHEV; def.B  
 975 plan. lat.: l.p. EL 978 et: om.NHB residuum: om.BV 980 sat.:  
 post lat. EL; post max. O sec.ptol.: ut dicit ptol-us EL 982 autem: om.EL  
 983 et etiam: vel EL; et V 984 merid.: mi(nu)torum E; minor L 986 56:  
 <<12>>56 B 987 18: <<5>>18 B minutorum: ascendens vel descendens  
 add.EL ex inf. 988 vol. scire: s.v. NHBO 989 lat-dinem: -do ELO 990

augmentetur, erit descendens, et si minuatur, erit ascendens. De Saturno autem et de Iove et Marte hoc idem aliter cognosci potest.  
 995 Nam si latitudo alicuius istorum fuerit septentrionalis et eius argumentum verum minus 180 gradibus extiterit, ipse erit ascendens; si vero plus 180 gradibus fuerit, erit descendens. Sed e converso erit, si fuerit eius latitudo meridionalis; nam si fuerit tunc eius argumentum verum minus 180 gradibus, erit descendens, si vero plus, erit  
 1000 ascendens. De Venere vero et Mercurio hoc ita non poteris invenire nisi secundum primam viam propter velocitatem et pluralitatem motuum suarum latitudinum, nisi cum magna difficultate et inquisitione.

(9,1) Theoricam autem motuum latitudinis planetarum iam conveniens est perscrutari. Unde, ut praedictum est, sol nullam habet latitudinem ab ecliptica, luna vero hanc latitudinem habet sicut alii quinque planetae. Quoniam enim movetur luna motu centri epicycli ab occidente in orientem supra proprios polos sui excentrici et non supra polos zodiaci et secat superficiem zodiaci in duobus punctis  
 1010 oppositis, sic itaque eius deferens in suis punctis oppositis a zodiaco secatur, et declinat suus deferens a superficie zodiaci in duobus partibus, scilicet septentrionis et meridiei, et est quantitas suae maximae declinationis semper eadem et invariabilis. (9,2) Et illa intersectio, in qua incipit declinare luna ad septentrionem, dicitur  
 1015 caput draconis sive Geuzaar; sed alia intersectio, in qua incipit declinare ad meridiem, dicitur cauda draconis. Moventur autem cotidie istae intersectiones ab oriente in occidentem 3 minutis et 8 secundis; et ducit istas intersectiones quidam circulus concentricus mundo, existens in caelo lunae, aequalis deferenti lunae in magnitudine, et est in eadem superficie cum ecliptica zodiaci. Et est etiam superficies sui epicycli semper in eadem superficie cum superficie sui deferentis. Quapropter luna non habet nisi unam latitudinem, quae est propter declinationem deferentis ab ecliptica.

(9,3) Hanc igitur latitudinem, quae provenit ex declinatione  
 1025 deferentis, habent tres superiores planetae quemadmodum luna

---

lat. eius: e.l. EL    993 minuatur: demin. VO    994 et de iove: et i. EL; i.O  
 996-7 si vero--fuerit(om.N): si plus EL    999 verum: om.EL    vero: om.EL  
 1000 vero: om.EL



invariabilem secundum eius maximam quantitatem; intersectiones tamen suorum deferentium cum ecliptica non moventur sicut intersectiones lunae; non enim moventur nisi motu octavae sphaerae. Et dicitur semper, sicut de intersectionibus lunae, illa intersectio Geuzaar, in qua centrum epicycli incipit declinare ad septentrionem. (9,4) Et est locus Geuzaar Saturni distans a loco oppositi augis deferentis a parte ante, id est secundum successionem signorum, per 40 gradus, et eius alia intersectio a loco augis etiam per 40 gradus distat a parte ante. Erit igitur locus partis deferentis maxime declinantis ad septentrionem distans a loco augis deferentis a parte retro per 50 gradus, et locus partis deferentis maxime declinantis ad meridiem distat etiam a loco oppositi augis per 50 gradus a parte retro. Et est semper locus maximae declinationis deferentis, qui aequaliter distat ab utraque intersectione. (9,5) Locus autem Geuzaar Iovis a loco augis sui deferentis distat per 70 gradus a parte retro, quare locus partis sui deferentis, quae maxime declinat ad septentrionem, erit distans a loco augis a parte ante per 20 gradus. Locus vero Geuzaar Martis per 90 gradus distat a loco augis sui deferentis a parte retro; erit igitur locus illius partis sui deferentis, quae maxime declinat ad septentrionem, in loco augis deferentis. Et latitudines horum trium planetarum scriptae in eorum tabula positae sunt, ac si semper centrum epicycli esset in illo loco deferentis, qui maxime declinat ad septentrionem.

(9,6) Est autem quidam alius motus latitudinis horum trium planetarum, scilicet Saturni Iovis et Martis, et est iste motus secundum quod movetur superior medietas epicycli et inferior, declinando se a superficie deferentis ex utraque parte, scilicet septentrionis et meridiei; et dicitur iste motus motus declinationis vel inclinationis epicycli. Est autem iste motus super diametrum, quae transit super ambo puncta longitudinum mediarum epicycli, quae quidem puncta per 90 gradus distant ab auge vera epicycli. (9,7) Et ista diameter semper est aequedistans superficiei eclipticae, nisi dum fuerit centrum epicycli in nodis intersectionum; nam tunc ipsa est in superficie

---

1017 8: 11 NH    1030 ad sept.: om.NHB    1034 decl-ntis: -tionis B; -ns N  
 1036 decl-ntis: -ns BO; -tionis V; def.NH    1041 quae: qui NBO    1044 erit  
 ig.: erit B; et ideo erit V; erit ig. i(de)o O    1047 qui: quae NHBO    1050  
 scilicet: om.NHB

1060 eclipticae, et tunc etiam tota superficies epicycli est in eadem  
superficie cum superficie deferentis; tunc enim nulla erit inclinatio  
epicycli. Sed maxima erit haec inclinatio, cum centrum epicycli fuerit  
in locis intermediis duorum nodorum; et est semper inclinatio  
medietatis inferioris epicycli a superficie deferentis ad partem illam,  
1065 ad quam declinatur a superficie eclipticae ipsa medietas deferentis, in  
qua est centrum epicycli. Et ideo, quamdiu centrum epicycli fuerit  
extra nodos, planeta existens in superiori medietate epicycli erit inter  
duas superficies, scilicet eclipticae et eius deferentis.

(9,8) Venus vero et Mercurius tres habent latitudines, quarum una  
latitudo est declinatio superficiei deferentis a superficie eclipticae,  
1070 sicut est de aliis, nisi quod eius maxima declinatio ab ecliptica est  
variabilis. Illa enim pars deferentis, quae nunc maxime declinat ab  
ecliptica ad septentrionem, infra medietatem anni tantum ipsa eadem  
pars declinabit ad meridiem, et infra 3 menses et infra 9 menses a  
tempore suae maximae declinationis ad septentrionem ipsa veniet  
1075 directe sub ecliptica; et tunc orbis deferentis nullam habebit latitu-  
dinem, nam tunc eius superficies eadem erit cum superficie eclip-  
ticae. (9,9) Loca autem intersectionum deferentis cum ecliptica, quae  
actu sunt, cum deferens habeat latitudinem ab ecliptica, sunt in  
longitudinibus mediis deferentis, sicut de Marte; quae longitudes  
1080 mediae distant per 90 gradus ab auge deferentis et ab opposito augis  
deferentis. Et quando centrum epicycli Veneris et Mercurii est in istis  
longitudinibus mediis, tunc deferens nullam habet latitudinem. Et  
ideo loca deferentis, quae contingunt maxime declinare ab ecliptica,  
erunt in auge et in opposito augis deferentis; et dum in ipsis locis  
1085 fuerit centrum epicycli Veneris et Mercurii, tunc ipsorum locorum  
maxima erit declinatio ab ecliptica. (9,10) Et cum centrum epicycli  
Veneris fuerit in aliquo duorum nodorum, tunc erit inceptio decli-  
nationis ad septentrionem illius medietatis deferentis, quae sequitur  
ipsum nodum secundum successionem signorum, id est, illius  
1090 medietatis ad quam tendit immediate centrum epicycli. Sed e

---

1056 ista: ita H; iste O, Bp.c. 1061 haec incl.: i.h. HO 1064 decl-atur:  
-at V 1071 nunc: tunc B; om.VO 1079 sicut de marte: om.V 1083  
decl-are: -atae NH 1090 immed.: in medietate BO, *fortasse alii* e contr.: e  
contra O; e converso V 1091 decl-at: -atur NHB 1097 quidem: -dam  
?HO

contrario haec medietas deferentis Mercurii semper declinat ad meridiem, et ideo sequitur quod non est possibile centrum epicycli Veneris esse in medietate deferentis declinata ad meridiem, nec centrum epicycli Mercurii esse in medietate declinata ad septentrionem.

1095 **(9,11)** Adhuc autem Venus et Mercurius duos habent motus latitudinis provenientes quidem ex parte epicycli, quorum unus est secundum quod movetur superior medietas epicycli et inferior declinando se a superficie deferentis ex utraque parte, scilicet septentrionis et meridiei, sicut est in tribus superioribus planetis; nisi quod diamater epicycli utriusque, quae transit per ambas longitudes medias epicycli, supra quam fit iste motus, non semper aequedistat eclipticae. **(9,12)** Est autem maxima declinatio superioris medietatis epicycli ad meridiem, cum centrum epicycli fuerit in quodam loco deferentis, qui distat a loco augis deferentis per 60 gradus a parte retro, et hoc de Venere; de Mercurio vero distat per 90 gradus a parte ante vel per 270 a parte retro]. Maxima vero declinatio superioris medietatis epicycli ad septentrionem est in quodam puncto deferentis opposito huic in quo est maxima declinatio ad meridiem.

1100  
1105  
1110 Cum igitur centrum epicycli utriusque fuerit in locis intermediis ipsorum in quibus fiunt hae maximae declinationes epicycli, nulla erit haec declinatio; unde tunc diamater epicycli transiens per auge[m] veram epicycli et per eius oppositum erit in superficie deferentis.

**(9,13)** Est autem alius motus eorum secundum quod longitudes mediae epicycli moventur declinando se a superficie deferentis ex utraque parte, scilicet septentrionis et meridiei; et dicitur hic motus reflexio epicycli. Et est iste motus super diametrum epicycli, quae transit per auge[m] veram epicycli et per eius oppositum. **(9,14)** Est autem maxima reflexio medietatis anterioris epicycli ad septentrionem, cum centrum epicycli fuerit in auge deferentis, et hoc de Venere; sed de Mercurio, cum fuerit in opposito augis deferentis. Et in eorum oppositis est maxima reflexio eiusdem partis anterioris utriusque ad meridiem. In eorum vero locis intermediis nulla erit haec reflexio: tunc enim diamater epicycli, quae transit per ambo

---

1102 fit: sit NO      1106-7 de merc.--retro: B2VO; et per(om.NH) 90 a parte ante de mercurio NHB      1109 est: eorum add.VO      1117 iste: ipse O; om.V  
1123 in: et in VO      eorum vero locis: l.v.e. N; e. veris l. VO      1134 sit: sic HB

1125 puncta longitudinum mediarum epicycli, erit in superficie deferentis. Est autem medietas epicycli anterior, quae dicitur dextra secundum imaginationem statuae prius intellectae.

Et haec de latitudinibus planetarum sufficiant.

(10,1) Cum eclipsim lunae et eius quantitatem prompte et evidenter  
 1130 invenire volueris, protrahe lineam rectam super planum ad longitudi-  
 nem 7 vel 14 pedum vel palmarum, et sit haec linea CB, quae  
 dividetur in 14 partes aequales; et erunt hae divisiones 14 gradus  
 eclipticae. Deinde supra punctum B erigatur una linea recta orthogo-  
 naliter per 11<sup>am</sup> primi Euclidis, et sit haec linea orthogona BD. Postea  
 1135 divide aliquem gradum lineae CB in 60 partes aequales, quae erunt  
 minuta gradus. Et etiam, si posses, quodlibet horum minorum  
 divide in 60 secunda; sin autem, protrahe divisiones per 5 vel per 10  
 secunda procedentes. (10,2) Post hoc extende pedes alicuius circini  
 supra lineam CB, donec 1 gradus cum 12 minutis atque 30 secundis  
 1140 inter hos pedes fuerit comprehensus. Deinde pone pedem circini  
 immobilem in puncto B, et secundum ipsam quantitatem describe  
 circulum subtilem; ubi enim iste circulus abscindet orthogonam BD,  
 sit punctus D. Tunc a puncto D ad punctum C protende lineam  
 rectam; erit igitur linea DC pars deferentis lunae et linea CB pars  
 1145 eclipticae, et punctus C erit intersectio capitis vel caudae. Serva igitur  
 hunc triangulum CBD, quia pro omnibus eclipsibus tam solis quam  
 lunae invariabilis erit et paratus.

(10,3) Hoc facto quaere certam horam verae oppositionis, hoc est  
 quaerere coniunctionem lunae et nadair solis. Deinde videbis,  
 1150 quantum distat locus huius coniunctionis a capite vel a cauda per  
 modum praedictum in canone inventionis argumenti latitudinis  
 lunae; unde, si ille locus coniunctionis a loco capitis vel caudae plus  
 distat quam per 12 gradus ante vel retro, non est possibilis eclipsis  
 lunae, sed si minus, est possibilis. Et ideo eclipsis semper erit possi-  
 1155 bilis, si sit argumentum latitudinis ab uno gradu, hoc est ab initio  
 primi gradus, in 12 vel minus, vel cum fuerit in 168 gr., donec

---

1135 gr-um: -uum NHB; g(ra) E    1136 gradus: -duum VK    posses: -set KF  
 1138 post hoc: post haec HKF; postea E    1139 supra: super NHVK    1140  
 inter hos pedes: BVK; om.NHEF    pedem: om.BV    1141 ipsam: i.(om.K)  
 sumptam VK    1143 d ad p. c: c ad p. b NHBV; c ad p. d K

- perveniat ad 192, et cum fuerit etiam in 348 et ulterius usque ad 360. (10,4) Habito autem argumento latitudinis apto pro eclipsi, pone punctum F in ecliptica CB tantum distantem a puncto C, quantum  
1160 ipsum argumentum latitudinis lunae ponit locum lunae a capite vel a cauda distare a parte ante vel retro. Et supra illum punctum F erige lineam orthogonam sicut prius per 11<sup>am</sup> primi Euclidis; et sit haec linea orthogona FG, unde sit punctus G, ubi ipsa deferentem CD intersecat.
- 1165 (10,5) Postea cum vero argumento lunae ingrediere lineas numeri tabulae quantitatum diametrorum et suscipe minuta et secunda, quae in eius directo inveneris in tabula semidiametri umbrae et in tabula semidiametri lunae. Quia tamen quantitas semidiametri umbrae in loco transitus lunae, quae in tabula ponitur, posita est tali condicione,  
1170 ac si sol esset in auge sui deferentis – sed cum sol recesserit ab auge, minoratur quantitas umbrae – ideo ingrediere cum solis argumento tabulam variationis umbrae, et quod ibi inveneris subtrahe de quantitate semidiametri umbrae per suam tabulam inventa; et sic habebis eam aequatam.
- 1175 (10,6) Deinde extende pedes circini super aliquem gradum eclipticae divisum in sua minuta, donec omnia minuta et secunda semidiametri umbrae inter hos pedes fuerint comprehensa, et inde describe circulum secundum quantitatem horum minorum supra punctum F in ecliptica, et erit hic circulus umbrae. Deinde per hunc  
1180 modum penitus describe circulum corporis lunae supra punctum G secundum quantitatem suorum minorum ex sua tabula acceptorum. Quantum igitur circulus umbrae de circulo lunae comprehendet, tantum umbra de corpore lunae hora verae oppositionis vel hora mediae eclipsis obscurabit.
- 1185 (10,7) Attamen siquis loqui vellet secundum praecisam veritatem, hanc horam verae oppositionis non dicet esse horam mediae eclipsis nec horam maximae obscurationis illius eclipsis: nam per aliquod tempus ante erit ipsa hora mediae eclipsis, si locus eclipsis transiverit nodos capitis vel caudae; sin autem, erit per aliquod tempus post  
1190 horam verae oppositionis. (10,8) Si igitur hoc curare volueris, adde

---

1154 lunae: *om.*NHBV      1162 et: *om.*VK      1167 eius dir.: d.e. VK  
1170 auge sui: sua a. NHBKF      1173 inventa: -tam VK      1177 pedes: circini  
*add.*BK; termini *add.*V      et inde: deinde VK      1178 desc.: scribe NHBV

quadratum sinus recti argumenti latitudinis hora verae oppositionis supra quadratum sinus recti latitudinis lunae in eadem hora; deinde provenientis quaere radicem quadratam et serva eam. Postea multiplica sinum rectum latitudinis lunae in semetipsum et productum  
 1195 divide per radicem prius servatam; et inde sinus recti ex divisione provenientis quaere arcum, supra quem addas sui  $12^{\text{am}}$ ; et quod inde resultat divide per both lunae in uno minuto horae; et quod ex divisione proveniet ostendet tibi minuta horae, quae auferenda sunt a tempore verae oppositionis, si locus eclipsis transiverit nodos intersectionum; sin autem, ei est addendum. Et sic praecise habebis  
 1200 tempus mediae eclipsis et eius maximae obscurationis, supra quod adde tempus aequationis dierum, ut habeas tempus aequatum mediae eclipsis. **(10,9)** Quia tamen parva est differentia inter ipsos sinus et suorum portiones, et etiam arcus radices prius reservatae non  
 1205 excedit arcum argumenti latitudinis in sui  $12^{\text{a}}$  parte, ideo satis praecisum erit opus cum arcibus pro chordis et cum arcu argumenti latitudinis pro radice prius habita, et non accidet ex hoc opere sensibilis error.

**(10,10)** Et super hoc ponamus exemplum in casu illo, dum argumentum latitudinis sit 12 graduum: nam tunc accidit maior diversitas quae est inter horam verae oppositionis et horam mediae eclipsis. Tunc enim latitudo lunae est 62 minutorum, quae multiplicabis in se ipsa, et provenient 3844 secunda, quae debent dividi per 12 gradus argumenti latitudinis, et ex divisione provenient 320 secunda, quae  
 1215 valent 5 minuta et 20 secunda. Et super hanc summam adde suam  $12^{\text{am}}$ , quae est 27 secundorum; et habebis 5 minuta et 47 secunda, quae debent dividi per both lunae in uno minuto horae. Et habebis minuta horarum addenda vel subtrahenda a tempore verae oppositionis, ut praedictum est, si sit de eclipsi lunae. Si tamen sit operatio de eclipsi solis, erunt habita minuta horae addenda aut auferenda a tempore verae coniunctionis.

**(10,11)** Per ea autem, quae circa praedictam figuram eclipsium ostensa sunt, et per artem inventionis latitudinis lunae prius datam

---

**1188** transiverit: -ivit KF; -ierit E      **1196** sui:suam E

**1201-3** et eius--eclipsis: om.V      **1205** in sui  $12^{\text{a}}$  parte: et suam  $12^{\text{am}}$  partem E

**1207** prius hab.: om.NHB      **1213** prov-ent: -et E; -unt HBKF      **1214** prov-ent:

-unt VK      **1222-31** (10,11): B2EVKF      **1222** ea autem: eam E; ea VK      ecl-ium:

1225 poteris praecisius describere eclipses absque compositione intersec-  
tionis capitis vel caudae. Nam potes lineas orthogonaliter erectas,  
videlicet lineas latitudinis et lineas orbium, quantascumque volueris  
constituere, ita quod earum partes poteris dividere in minuta,  
secunda et tertia magna et sensibilia. Nam cum linea orthogonaliter  
erecta fuerit in multas partes divisa, possunt multae illarum partium  
1230 sumi pro uno minuto vel secundo, unde illa eadem linea deserviet  
pro magna latitudine et pro parva.]

(10,12) Cum autem praecise sciveris tempus mediae eclipsis et  
volueris scire tempus initii vel finis eclipsis, quantitatem semidiametri  
lunae cum quantitate semidiametri umbrae simul collige, vel cum  
1235 quantitate semidiametri solis, si sit pro eclipsi solis, et quod collec-  
tum fuerit in se ipsum multiplica. Et a producto subtrahe quadratum  
latitudinis lunae, et inde residui quaere radicem, supra quam addas  
suam 12<sup>am</sup>; et quod inde resultat divide per buth lunae in minuto vel  
secundo horae; et quod ex divisione provenerit ostendet minuta et  
1240 secunda horae, quae auferenda sunt a tempore mediae eclipsis, ut  
habeatur tempus initii eclipsis, et quae tempori mediae eclipsis  
addenda sunt, ut habeatur tempus finis eclipsis.

(10,13) Aliter autem et facilius hoc idem invenies, ut describe  
circulum supra lineam deferentis lunae secundum quantitatem  
1245 corporis lunae, tangentem circulum umbrae vel solis, ita quod eius  
convexum tangat convexum alterius solum secundum punctum.  
Deinde considera distantiam, quae est inter centrum circuli lunae iam  
positum et inter centrum eiusdem circuli positum in ea linea  
deferentis ad horam mediae eclipsis; et hanc distantiam mensura per  
1250 minuta eclipticae, et super eam adde suam 12<sup>am</sup>, et quod inde ex-  
creverit divide per buth lunae in minuto vel secundo horae; et quod  
ex divisione provenerit ostendet minuta et secunda horae, quae  
auferenda sunt a tempore mediae eclipsis, ut habeatur tempus  
principii eclipsis, et quae eidem tempori sunt addenda, ut habeatur  
1255 tempus finis eclipsis, ut praedictum est.

---

-is E 1225 vel: et E nam: tunc *add.V* potes: poteris B2 1226  
volueris: *om. & ins.K* 1227 in: per V 1228 secunda: et in s. K et tert.: in  
tert. V; *om.K* 1229 in: *om.E* 1230 sumi: situari E 1231 pro par.: par. E  
1238 min-o v. s-o: m-a v. in s-a VK 1243 describe: -bas VK 1250 super:  
supra VK

(10,14) Aliter etiam hoc idem invenies, ut collige minuta et secunda semidiametri lunae cum minutis et secundis semidiametri umbrae vel solis; deinde extende pedes circini supra gradus eclipticae tantum donec minuta et secunda ipsius collecti inter hos pedes  
 1260 fuerint comprehensa. Hoc facto describe circulum secundum hanc quantitatem super locum eclipsis in ecliptica linea, qui est punctus F, videlicet centrum circuli umbrae vel solis; et ubi iste circulus abscindet lineam deferentis lunae, pone notam P in una parte et T in alia. Tunc illam distantiam, quae est inter P et G vel inter T et G,  
 1265 mensura per minuta gradus eclipticae, et ei etiam adde suam 12<sup>am</sup>; et inde operare penitus ut praedictum est, et habebis idem quod prius. Sic igitur faciliter invenies tempus quod est inter initium eclipsis et finem, sive eclipsis fuerit totalis sive partialis.

(10,15) Cum vero eclipsis fuerit totalis et volueris scire moram  
 1270 totalis obscurationis, describe in duobus locis circulum corporis lunae secundum suam quantitatem supra deferentem lunae infra circulum umbrae, ita quod convexum utriusque circuli tangat in puncto concavum circuli umbrae. Deinde considera hanc distantiam, quae est inter duo centra horum duorum circulorum contingentium,  
 1275 et mensura eam per minuta eclipticae, et supra eam adde suam 12<sup>am</sup>. Postea divide eam per both lunae in una hora vel minuto horae: quod enim ex divisione provenerit ostendet moram totalis obscurationis. Et sic invenies tempus quod est inter initium eclipsis et initium totalis obscurationis, et etiam quod est inter finem totalis obscura-  
 1280 tionis et finem eclipsis.

(10,16) Quemadmodum autem invenitur eclipsis lunae cum quantitate semidiametri lunae et semidiametri umbrae et hora verae oppositionis, sic penitus invenitur eclipsis solis cum quantitate etiam semidiametri corporis lunae et semidiametri corporis solis et cum hora  
 1285 coniunctionis visibilis. Horam vero coniunctionis visibilis invenies per horam verae coniunctionis et per diversitatem aspectus lunae in longitudine et latitudine. (10,17) Habito enim tempore verae coniunctionis aequato cum aequatione dierum, considera quantum

---

1252 et: vel NHF    1259 coll-i: -a NHVKF    1261 super: supra VK  
 qui: quae NHEVKF    1263 absc-det: -dit BVK    1268 p-alis: -cularis E; def.K  
 1276 vel: in add.E; unico add.H    1278 inter: om.EVK    1279 etiam: tempus  
 add.VK    1281 lunae: om.BVK    1283 inv-itur: -ietur NHBF    1289 certae



1290 ipsum distat a tempore certae meridiei ante vel post. Deinde divide  
 1295 illam distantiam per quantitatem unius horae aequalis, scilicet per 15  
 gradus, et quae ex hac divisione proveniunt dicuntur horae longitu-  
 dinis coniunctionis a meridie. **(10,18)** Cum his igitur horis longitu-  
 dinis a meridie et cum signo, in quo fuerit locus coniunctionis,  
 1295 ingredi tabulam diversitatis aspectus lunae pro tuo climate consti-  
 tutam et etiam illam partem tabulae, in qua fuerit locus coniunc-  
 tionis. Nam si fuerit ante meridiem, ingredi partem tabulae  
 superiorem, quia illa pars tabulae orientalis est; si autem fuerit post  
 meridiem, ingredi partem inferiorem, nam ipsa occidentalis est.  
 Quod autem scribitur in loco recessionis  
 1300 ], scilicet in loco meridiei, est orientale in prima ]est diversitas as-  
 tabula, quae est a principio cancri usque ad pectus quae de-  
 principium capricorni secundum successionem betur lunae, cum  
 signorum; sed occidentale est quod ponitur in fuerit centrum  
 1305 loco recessionis in secunda tabula, quae est a corporis eius in  
 principio capricorni usque ad principium linea medii caeli.]  
 cancri.]

**(10,19)** Cum igitur hac scientia tabulam intrasti, quod in eius  
 directo fuerit de diversitate aspectus in longitudine tantum accipe,  
 quod erit diversitas aspectus lunae in longitudine sufficienter aequata  
1 Prefatio: M; P(ref). BGACV; P(ro)f. EO; P(ro)ph. X    4 Adomaro: Ada. EBA    8 illius: X; alterius EBG; eiusdem A    11 brevem: breve BX    14 in plastro: de pl. BG; pl. X    16 reg.perp.: lineam p-l<ar>em B    20 quantum: -tam A    23 extra: E; citra *cell.*    30 in directum: directe B; in dir. et


Deinde ab O centro protrahatur alia linea, aequidistans alteri lateri, et terminetur in eadem circumferentia, et sit eius terminus Y; ergo OKY est quarta circuli, qui circulus compleatur, et vocetur circulus capricorni. (4) Et protrahatur linea KO in directum, et ubi terminatur in circumferentia capricorni, sit punctus Z; et similiter fiat de linea YO, et sit eius terminus X. Est igitur circulus capricorni KYZX divisus in quattuor aequalia per KZ et YX diametra orthogonaliter se intersectantia. Ulterius dividatur iste circulus capricorni in 24 partes aequalis, ita quod quaelibet quarta dividatur in 6 aequaliter. Deinde, relictis aliis portionibus, dividatur KY quarta, in qua intendimus operari, in 18 partes aequales, ita quod quaelibet 6 partium in 3 dividatur, et quaelibet illarum 18 in 5; et sic erit KY divisa in 90 partes, quae est quarta pars graduum firmamenti, quod dividitur in 360 gradus.

(5) KY igitur sic diviso, computa diligenter a K versus Y totam solis declinationem, quae constat ex 24 fere gradibus, ut dicunt moderni, mediantes inter Almeonem, qui dicit esse 23 tempore suo, et Indos, qui dicunt declinationem pervenisse ad 24; et signetur ibi punctus T. Et esto diligens ne defeceris multum in assignatione T declinationis, quia ab ipso fere dependet, ut patebit, tota nostra operatio. (6) Deinde a puncto T protrahe subtilem lineam ad X, et ubi TX linea intersectat lineam OK, sit punctus A. Et ponatur pes circini in O, et fiat circulus secundum quantitatem OA, et dicitur circulus aequinoctialis. Et ubi iste circulus intersectat OY, signetur B et superius C et ulterius D, ita quod ille circulus aequinoctialis erit ABCD, divisus aequaliter et diametraliter per AC et BD. (7) Ulterius a puncto T, qui notat declinationem in tropico meridionali vel circulo capricorni, quod idem est, trahatur linea subtilis in O, et ubi dividit haec linea TO circulum aequinoctialem, signetur punctus I. Deinde ab I trahatur subtilis linea in D, et ubi haec linea ID scindit lineam OA, sit punctus E. Et ponatur pes circini in O, et describatur circulus

---

continuum A 32 divisus: -sa EGB; def.X 33 kz et yx (xy G): kyz et x B; kyzx A; def.X 38 illarum: istarum A; illorum EBG 43 esse 23: ex 23 gradibus X; ex 23 EGA; def.B 44 pervenisse: prov. X; def.B 24: gr. add.X; gr. fere add.A; def.B 46 ipso: ipsa B fere d.u.p.: u.p.d.f. E; d.f.B 51 divisus: X; def.B; -sa cett. 52 qui: X; que cett. 53 circulo capricorni: ca. A; ca-no X 54 haec linea to: l.to GX; hoc totum B 57 describatur circulus: X; d-bat c-um cett.





§ 2-8: Equator, tropics, ecliptic.

secundum quantitatem OE, qui dicitur tropicus aestivalis vel circulus  
 cancri, quia in eo volvitur caput cancri sicut in aequinoctiali caput  
 60 arietis et librae et in tropico hiemali caput capricorni; et sit ille  
 circulus EFGH, divisus orthogonaliter per diametra EG et FH. Et  
 omnes isti tres circuli describuntur super centrum O. – [Item per  
 circulum cancri potest haberi circulus aequinoctialis et e contra, ut  
 computando solis declinationem in circulo cancri ex dextra parte OK;  
 65 et sic de circulo capricorni per aequinoctialem. –]

(8) Quibus descriptis, sequitur describere circulos zodiaci. – Ad  
 describendum zodiacum accipe totam lineam KG, cuius punctus K  
 est in circulo capricorni et G in circulo cancri, ut praehabitu est; et  
 divide KG per duo aequalia ad punctum L. Erit igitur L centrum  
 70 zodiaci meridionalis, transeuntis per K B G puncta tropicorum.  
 Similiter accipe lineam ZE, et dividatur in duo aequalia in puncto P;  
 et erit P centrum zodiaci septentrionalis. Vel aliter, accipe spatium  
 tantum ab O versus Z, quantum est ab O versus K, et ibi erit P  
 centrum circuli zodiaci septentrionalis ut prius.

(9) Descripto zodiaco, dicendum est de lineis horarum. – Ad lineas  
 horarum diei et noctis scribendas computa a Y versus K 30 gradus, et  
 signa ibi punctum Q. Deinde ab X versus K computa alios 30 gradus,  
 et sit ibi R punctus. Deinde protrahe subtilem lineam ab R in Q, et  
 80 ubi RQ dividit lineam OK, sit ibi S. Et pone pedem circini in S, et a  
 K in O revolve alium pedem; et haec circumferentia vocatur circulus  
 meridionalis, ad quem cum sol pervenerit, est in maximo ascensu, ut  
 infra patebit. Vel aliter, divide OK in duo aequalia in S, et pone ibi  
 pedem circini, et revolve alium a K in O, et fiet idem circulus. Et  
 ideo statim post divide OY, quae est aequalis OK – ut patet per  
 85 naturam circuli, quia sunt ab eodem centro ad eandem circumfe-  
 rentiam – et sit punctus medius M; et pone ibi pedem circini, et  
 revolve alium pedem a Y in O, et erit ille circulus aequalis circulo

59 aequinoctiali: -noctio EBX; -noc() G      61 divisus: -sa omnes (sc.linea? Cf.l. 51)

61-6 eg--descriptis habet A in contextu (=A<sub>1</sub>) et in mg. (=A<sub>2</sub>)      62 tres: om.A<sub>1-2</sub>CVM

62-5 item--aequinoct.: om.GX      64 computando (-to CV;-ta M) A<sub>1-2</sub>CVM;


capiendo EOB; def.GX      65 sic de circulo (-l(is?) A<sub>2</sub>): EOBA<sub>2</sub>; sit d circulus

A<sub>1</sub>CVM; def.GX      70 transeuntis: -ientis X; -iens cett.      tropicorum: aliam con-

structionem centrorum add. EB      73 tantum: X; om.cett.      ibi erit: ibi X; sit ibi

B      75 descripto (igitur add.A) zodiaco: d-tis z-cis EX; om.B      84 aequalis ok:

in duo aequalia add.X; def.A      85 sunt: exeunt G; def.A      90-1 medium



§ 9-10: Hour-circles and *circulus oppositi*.  
 § 15: *Scala altimetra* (division 1. 185-6 unfulfilled).

meridionali, et vocabitur circulus oppositi, cuius utilitas infra patebit.  
**(10)** Deinde ad plures horas protrahendas computa ab R versus K 15  
 90 gradus, et sit ibi punctus N, a quo ad medium inter Q et Y, distans  
 ab utroque per 15 gradus, quod sit L, protrahe lineam subtilem; et  
 ubicumque abscindit lineam OK, ibi pone pedem circini, et revolve  
 alium pedem ab O usque ad 15<sup>m</sup> gradum post K. Quod si non  
 ceciderit ibidem, scito quod male divisisti circumferentiam KY vel  
 95 male metitus es N punctum. Et haec circumferentia vocatur circulus  
 quintae horae, sicut circulus meridionalis vocatur circulus sextae  
 horae. – Ulterius ab N versus K computa 15 gradus et signa ibi  
 punctum V. Deinde pone regulam tuam super punctum Y, a quo ad  
 V protrahe subtilem lineam, et ubi YV linea dividit OK, signetur  
 100 punctus; et ibi ponatur pes circini, et alius volvatur ab O usque in  
 30<sup>m</sup> gradum post K versus Y; et haec circumferentia vocatur circulus  
 quartae horae. – Item postea computa ab V versus K alios 15 gradus,  
 et pone ibi  $\emptyset$ , et a Y versus Z totidem gradus, et pone ibi punctum  
 W, a quo in  $\emptyset$  protrahe lineam ut prius; et ubi dividit OK, pone  
 105 pedem circini et revolve ab O usque in gradum 45<sup>m</sup> post K versus Y;  
 et haec circumferentia vocatur circulus mediae horae, quia mediat  
 inter ortum solis et meridiem, et haec vocatur a vulgo hora prima.  
 Item a Y versus Z computa ulterius 30 gradus, et sit ibi punctus  $\Lambda$ , a  
 quo ad K protrahe lineam, et ubi tangit OK, sit ibi centrum; vel  
 110 simpliciter, pone centrum in K, quia ibi tangitur primo OK; et  
 revolvatur alius pes ab O in Q puncto, quod distat a Y per 30 gradus.  
 Et haec circumferentia dicitur circulus horae secundae. Ultimo  
 protrahatur linea OK in continuum et directum, quantum volueris;  
 deinde a K versus Y computa 15 gradus, et sit  $\omega$  ubi terminatur linea  
 115 quintae horae; et a Y versus Z computa 45 gradus vel 15 post  $\Lambda$ , et sit  
 ibi punctus  $\bar{M}$ . Deinde ab  $\omega$  in  $\bar{M}$  protrahatur linea, et ultra,

(punctum m. E)--sit l: EA; 15 gradus post y versus K qui sit punctus 4 B; m [[quod est in medio inter o et y]] G; n X qui ante a quo inserit deinde a y versus k 15 qui punctus erit s 90 q et y: qy E; k et y A; def.BGX 91 quod: que E; def.BGX 95 circulus: G; circumferentia X; om.EB; def.A 102 postea: B; post EX; om.GA alios: -as GX 103,-4  $\emptyset$ : G;  $\circ$  X; o cett. 104 w: m A; i(n) G;  $\Upsilon$  E; l B; 66 X 107 prima: omnes 108 versus z: om.EBX 30 gr.: gr.30 GX ibi: X; om. cett. punctus: om.GA  $\Lambda$ : BX;  $\blacktriangle$  E, G fere; m A 111 in (om.GE) q puncto: quousque tangat q punctum A 114,-6  $\omega$ : GE;  $\Omega$  X fere; m AB 115  $\Lambda$ :  $\blacktriangle$  E, G fere; m AB; ras.X 116  $\bar{m}$ : GE fere;  $\perp$  X; me<sup>1</sup> B; m A  $\bar{m}$ : GE fere;  $\perp$  X; m<sup>b3</sup> B;

quousque dividat interminatam lineam OK; et ibidem sit punctus, in quo pone pedem circini et revolve ab O in L; et iste circulus vocatur circulus horae matutinalis.

120 Et sciendum quod facillime poteris invenire centra omnium istorum circulorum horarum in linea OK, si primo dividatur circulus capricorni in 24 partes aequales, ut prius docui; et tunc operandum est ut prius, quia quaelibet portio continebit 15 gradus, quod est spatium horae aequalis [sive aequinoctialis].

125 **(11)** Iam restat describere horizonta regionum; sed quia descriptio horizontis praesupponit divisionem lineae altitudinis, quae est OY, et lineam altitudinis dividere debemus ad divisionem aequinoctialis, primo dicendum est de divisione aequinoctialis, et postea de divisione lineae altitudinis, et sic ultimo de descriptione horizontis.

130 **(12)** Dividamus igitur primo AB portionem aequinoctialis circuli in 18 partes aequales, quod sic contingit: a quinto gradu post K in O trahatur subtilis linea, et ubi dividit AB, ponatur prima portio. Deinde a 10° gradu post K in O trahatur linea, et ubi dividit aequinoctialem, sit alia portio; et sic deinceps per 5, quousque

135 deveniatur ad Y. **(13)** Deinde sequitur divisio lineae altitudinis, scilicet OY, sic: a C puncto, qui ponitur ex opposito ipsius A in aequinoctiali, protrahatur subtilis linea in primam divisionem aequinoctialis proximam ipsi A, et ubi haec linea scindit OY, signetur prima divisio lineae altitudinis, scilicet OY. Item a C trahatur linea in

140 secundam divisionem aequinoctialis, scilicet ab A, et ubi scindit lineam OY, sit ibi secunda divisio; et sic deinceps, usque dividatur linea OY usque B. – Deinde restat dividere residuum OY, scilicet BY, in tot partes, in quot dividitur pars quae est inter B et F, scilicet in totam declinationem, id est in 24 partes fere. Unde notandum quod

145 BY denotat maximam declinationem meridionalem ab aequinoctiali, et BF maximam declinationem septentrionalem. Ad dividendum igitur BY protrahatur linea ab A per proximam divisionem aequinoctialis iuxta B, et ubi scindit lineam BY, sit ibi prima divisio ipsius.

---

m A 118 in l (┆E; lk B; m G): usque ad 15 gr. post q X 124 sive aequinoctialis: sub aeq-li X 126 altitudinis: lat. X; def.A 127 altitudinis: longitudinis XG; def.A 128 primo: ideo primo E; pro primo A 129 altit.: latit. X 136 qui: que omnes 139 scilicet oy: secundum oy EBX; ex o versus y A a c: G; om.cett. 140 s-am (s-? EG) d-em: s-a d-e XA ab a: a c E; a b G; ab a versus b A 141 usque: quousque B; usque quo E 144 declinationem: solis d. A;

Deinde ab A transeat linea per secundam divisionem aequinoctialis,  
 150 et ubi scindit BY, signetur alia divisio; et sic deinceps, usque quo  
 dividatur in 5 portiones, quarum ultima erit minor aliis quattuor,  
 quia illae quattuor portiones dividuntur quaelibet in 5 et illa ultima in  
 4, ut suo loco dicitur.

(14) Istis praemissis sequitur descriptio horizontis. Ad descri-  
 155 bendum horizontem cuiuscumque civitatis volueris, computa in linea  
 altitudinis latitudinem civitatis a polo, id est ab O versus B; et  
 ubicumque fuerit in illa linea latitudo tuae civitatis, sit ibi punctus  $\Gamma$ ,  
 a quo ad A protrahe subtilem lineam, quam divides orthogonaliter in  
 160 scindit lineam OX, sit ibi punctus  $\bar{W}$ ; erit igitur  $\bar{W}$  centrum horizontis  
 septentrionalis. Pone igitur in  $\bar{W}$  pedem circini, et a  $\Gamma$  revolve alium  
 pedem usque A, et erit  $\Gamma A$  portio horizontis septentrionalis. Deinde  
 quaere punctum in OY, tantum distantem ab O, quantum distat  
 centrum alterius horizontis ab O, et sit ille punctus 8, qui erit etiam  
 165 centrum horizontis meridionalis. Ponatur igitur pes circini in 8 et  
 alius in A, et cadat in circumferentia KY ubicumque voluerit; quae  
 circumferentia vocabitur horizon meridionalis. Et possunt omnia ista  
 geometrice probari per 10<sup>am</sup> primi Euclidis, quia in YX et KZ erunt  
 centra omnium circulorum positorum in hoc instrumento.

170 (15) Sequitur de scala altimetra describenda. – Ad describendam  
 scalam altimetram divide OK in duo aequalia, vel cape centrum  
 circuli meridionalis, scilicet S, et vide ubi circulus meridionalis et  
 circulus oppositi abscindunt se; et ab illo puncto protrahe lineam in  
 S. Similiter ab illo puncto protrahe lineam in centrum  $\langle M \rangle$  circuli  
 175 oppositi, scilicet in medio OY. Erit igitur figura composita ex OS et  
 OM, quae est in centrum circuli oppositi, et ex duabus lineis

---

d. solis X    150 usque quo: quousque B; ubi A    dividatur: -ditur AG; -dantur  
 X    152 ultima: G; quinta X; *om. cett.*    153 dicitur: *alium modum divisionis add.*  
 BE    154 horizontis: per praesentem tabulam *add. A qui hic tabulam l. 195-217*  
*ponit*    157  $\Gamma$ : G, E fere;  $\emptyset$  X; | A; s B    159 duo: *om. EBX*    160  $\bar{w}$  (bis): 9 X;  
 $\Lambda$  G; a B; a3 A; w E fere    161  $\bar{w}$ : *ut 160; def. A*     $\Gamma$ : *ut 157; def. A*    162  $\Gamma$  a: G, E  
 fere;  $\emptyset$  a X; *om. B; def. A*    hor-ntis sep-is: h-n s-e(-is E) EG    164,-5 8: X, G fere;  $\Psi$   
 E; b A; l B    169 *hic habet X l. 187-94; aliam descriptionem horizontis add. E*    170  
 sequitur (et s. EG) de scala altimetra (altitudinis B; *om. E*) describenda (scr. B; *om. E*)  
 EBG; de sc. al. X; ad describendum s-am a-am A    describendam (-dum EA):



egredientibus a puncto sectionis circuli meridionalis et circuli oppositi in sua centra, scilicet S,M, quadratum rectangulum et ex omnibus lateribus aequalibus; quod potest probari, quia linea SO et linea <S et puncti> sectionis procedunt ab eodem centro ad eandem circumferentiam; et similiter linea MO et linea M et puncti sectionis; similiter <\*>; igitur lineae omnes sunt aequales. Similiter O angulus est rectus, igitur omnes alii. Consequentia patet quia, si omnia latera alicuius quadranguli sint aequalia et unus angulus est rectus, oportet quod omnes alii sint recti. – De divisione huius scalae patebit in suo loco.

(16) Ad inveniendum horizontem cuiuslibet civitatis primo scias altitudinem solis in meridie, sole existente in principio arietis vel librae, secundum quod inferius suo loco patebit; qua inventa dematur illa altitudo a 90, et residuum erit elevatio poli super horizontem. – Tabula longitudinis et latitudinis omnium civitatum, longitudine existente ab occidente et a gradibus Herculis; latitudo vero est distantia zenith ab aequinoctiali, quod idem est quod elevatio poli super horizontem.

195	Nomina civitatum	Longi- tudo Gr Mi	Lati- tudo Gr Mi
	*Arim	90 0	0 0
	Babylonia	78 0	35 0
200	Damascus	60 33	33 0
	Ierusalem	56 0	32 0
	Constant.	56 40	43 40
	*Tolosa	40 47	45 6
	Marsilia	28 30	44 0
205	Novaria	30 15	45 0
	*Mons Pessul.	32 0	44 40
	Roma	35 25	41 50
	*Parisius	23 45	48 32
	Florentia	33 25	42 30
210	Armenia	77 0	41 0
	Carmelus	55 40	31 30
	*Londonia	19 0	51 34
	*Oxonia	15 0	51 50
	*Berewich	17 0	56 20
215	*Northampt.	16 45	52 50
	*Eboracus	<15 >	53 40
	*Toletum	11 0	39 54



(17) Descripto hoc instrumento, sequitur de divisione graduum eius et dispositione et inscriptione numerorum et signorum; et primo de  
 220 dispositione aequinoctialis, cuius divisio erit in limbo instrumenti propter latitudinem graduum. Pone igitur primo pedem circini in O et alium pedem ultra circulum YK ad maximam distantiam, ad quam poteris in lamina tua; et fac circumferentiam aequidistantem KY, et sit illa circumferentia  $\overline{KY}$ . Deinde citra  $\overline{KY}$  fac aliam circumferentiam  
 225 aequidistantem aliquantulum brevem, et postea duas alias parum largiores, quia in primo spatio ponentur divisiones graduum aequinoctialis, et in duobus sequentibus describentur numeri eorum. Deinde divide spatium, quod reliquisti inter ultimam circumferentiam quam fecisti et KY, in duo aequalia, et resultabunt duo spatia pro divisione  
 230 zodiaci. Vel si volueris, fac inferius spatium illorum parum largius propter litteras, quae ibi ponentur signantes divisionem zodiaci. Habes igitur ultra KY, qui est circulus capricorni, 5 spatia, quorum primum est pro litteris zodiaci; secundum pro eius divisione, quod est parum brevius alio, ut fiat ibi divisio illius spatii a spatio  
 235 superiori, scilicet aequinoctialis, per lineam valde parum distantem ab alio; et superius habes tria spatia, quorum duo inferiora sunt largiora pro numeris et supremum brevius pro divisione.

(18) His sic dispositis dividatur spatium prope  $\overline{KY}$  ad divisionem KY, scilicet in 90 gradus, et semper fac quintam divisionem transire  
 240 per omnia duo spatia, id est per duo proxima sequentia, et tunc continebit quaelibet maiorum divisionum 5 gradus; hoc facies po-


EBA; scribendam (-dum X) GX 176 centrum: centro XA 181 m (z G) et puncti: inter m et punctum B 182 sunt: om. EGX 184 est: sit A 187-94 post l. 169 habet X, hic cett. 187 scias: AB; scies cett. 192 gradibus (vel g(ra)d.): gadibus V solus 195-217 tabulam hic habent GE; post l. 154 A; X incerto loco; vicinam B sed vacuum exceptis nominibus Oxonia London. Eboracus. Tabulam ut habent EA afferro. G loca praebet stellula \* notata cum aliis sex Angliae; X habet omnia quae afferuntur, admixtis 27 quorum 11 Asiae vel Africae, 3 Italiae, 1 Hispaniae, 2 Galliae, 10 Angliae. 198 90: GX; 9 E; 0 A 203 45: X; 49 EG; 40 A 207 35: EX; 25 A 211 40: EX; 43 A 212 34: GEA; 40 X 213 50: GEA; 56 X 214 20: EAX; 50 G 215 Northampt.: X; Norhamt. G; Norham. A; Nerham. E 16°45': GA; om. EX 216 15: X in supplemento saec. xvi; vacant GEA 53°40': GA; 54°0' X; om. E 223 lamina tua: lamine tuo BE aequidistantem: -(er?) BGA 224  $\overline{ky}$ :  $\overline{X}$  GE; xs A; sx B;  $\overline{X}$  225 aliquantulum (aliter B) brevem: lineae A 227 duobus: duabus GXA eorum: earum EGX 231 litteras: lineas A 233 litteris: lineis A 237 numeris: def. A divisione: numerorum add. X 238,

nendo regulam in O et transeuntem per singulos gradus divisionum KY. Deinde incipias scribere numeros huius divisionis sic: Primo in secundo spatio infra  $\overline{KY}$  – quod dividitur in 18 aequalia, quarum  
 245 quaelibet portionum valet 5 gradus, ut patet – per superius spatium scribe 10, in quarto scribe 20 <et cetera>, incipiendo a Y versus K, et devenies in K ad 90. Deinde redeundo in eodem spatio, in proximo vacuo pone 100, in secundo 110, et sic redeundo versus Y, et ibi erunt 180. Ulterius descende ad inferius spatium sibi proximum, et  
 250 in secunda portione a Y versus K ut prius pone 190, in quarto spatio 200, et sic ad K habebis 270. Et in eodem spatio redeas ut prius, et in proximo vacuo spatio pone 280, et sic redeas ad Y, et habebis 360, quae est divisio totius aequinoctialis sive firmamenti.

(19) Sequitur divisio zodiaci in duobus sequentibus spatiis. – Ad  
 255 zodiacum dividendum primo pone pedem circini in P, quod est centrum zodiaci septentrionalis, et ex utraque parte zodiaci fac circumferentiam, ex utraque parte relinquendo unum spatium, in quo poterunt scribi nomina signorum. Et similiter fac in zodiaco meridionali, ponendo pedem circini in L, quod est centrum eius.  
 260 Quibus factis, pone regulam tuam in O, et ab exteriori divisione, quae est divisio aequinoctialis, ut praedictum est, computa 27 gradus et 53 minuta, scilicet a Y versus K, et pone ibi alium finem regulae; et ubicumque abscindit utramque eclipticam utriusque zodiaci, divide zodiacos, et in zodiaco septentrionali incipe a B versus illam divisionem, et in inferiori spatio scribe arietis signum; et similiter a B in meridionali zodiaco scribe "Libra", quia ab istis signis incipit hoc instrumentum. Et postea in zodiaco septentrionali a divisione illa versus B scribe "Virgo", in zodiaco meridionali scribe "Pisces".  
 265 Ulterius post arietem in eodem spatio versus A scribe Taurum, quia idem est finis arietis et principium tauri. Similiter superius versus B scribe "Leo", quia idem est principium virginis et finis leonis. Et in zodiaco meridionali ad finem librae scribe "Scorpius" et superius  
 270

---

244  $\overline{ky}$ : ut 224 (xs AB)      240 duo: tria G      245 portionum: portio omnes  
 246 et cetera: in quarto A; om.cett.      254 zodiaci in: de XA; def.E      257 ex  
 utraque parte r. unum: r.ex u.p.zodiaci unum X; r. A      265 arietis signum: aries  
 s. E; aries G      266 libra: libram BXA      269 in eod.spatio v.a scribe t.: scribe in  
 eod.spatio taurus v.a X; scribe taurum in eod.spatio A      270 versus b scribe  
 (om.X): s.v.b BG      271 leo: leonem EBA      272 scorpius: -io BX; -ionem A



Divisions:

§ 17-18: Equatoreal scale.

§ 19-21: Ecliptic and ecliptical scale.

§ 22-23: *Linea altitudinis* (OY).

§ 24: *Horizon rectum* (OK).

Complete drawing of front of instrument in B, 63<sup>r</sup>.

"Aquarius", quia idem est finis librae et principium scorpii et initium piscis et finis aquarii. – Deinde ulterius in aequinoctiali ut prius a Y  
 275 versus K computa 57 gradus et 41 minuta, et habebis ascensionem  
 aliorum signorum. Pone igitur regulam in O ut prius et alium finem  
 super 57 gradus et 41 minuta aequinoctialis; et ubi haec regula  
 abscindit utramque partem eclipticae zodiaci, protrahantur lineae ut  
 prius, dividentes utrumque spatium utriusque zodiaci; et sic habebis  
 280 finem tauri et initium geminorum et finem cancri et initium leonis in  
 zodiaco septentrionali. Similiter habebis finem scorpii et initium  
 sagittarii et finem capricorni et initium aquarii in zodiaco meridio-  
 nali. Habemus igitur ascensiones omnium signorum zodiaci super  
 aequinoctialem, incipiendo ab ariete, qui volvitur in aequinoctiali,  
 285 transeundo a B versus E. Et deinde scribe "Taurus", et tertio  
 "Gemini", cuius finis est cum capite cancri; redeundo igitur in  
 eodem zodiaco super spatium superius primo scribatur "Cancer",  
 postea "Leo", tertio "Virgo". Similiter in zodiaco meridionali, inci-  
 piendo a B versus K, inferius primo scribatur "Libra", secundo  
 290 "Scorpius", tertio "Sagittarius", cuius finis est in circulo capricorni.  
 Ideo redeundo scribatur "Capricornus", secundo "Aquarius", tertio  
 "Pisces". (20) Et sic possemus dividere omnes gradus istorum  
 signorum per tabulam ascensionum:

---

**273** aquarius: -ium BGA      scorpii: -ionis XA      **274** aquarii: *pauca add. E*  
**274**, -5 y, k: B; y, s A; k, ȳ (ut 224, hoc ordine) EXG      **275**, -7 57: 75 B      **275** 41 (14  
 B): 47 X, *tab. Tol.*      **277** 41: 47 X, *tab. Tol.*      **281** similiter: sic B; *n. l. X*      **284**  
 qui: que BGX      **285** et deinde scribe: A; et deinde (di(vi)de B) EBG; ponendo  
 post arietem X      taurus: G; taurum *cett.*      **286** gemini cuius: g-nos quorum X  
**292** possemus: -sumus EX; -simus B; -ses A      **293** tabulam: praesentem t. A  
**294-331** *tabulam hic fere habent XA, circa l. 360 EG, B (spatium vacans). Titulos ex X sumpsit,*  
*omissis duabus columnis graduum zodiaci ascendentium, addita autem dextra columna*  
*graduum descendentium, quam mendosam habent EA. – Numeri cum tabula Toletana, deductis*  
*90°, ubique fere concordant. – Ubi X legi non potest, consentientibus ceteris nihil annotavi.*  
**301** 59: 55 A; *n. l. X*      **302-3** 63°-64°: 62-63 XA      **305** 20: 27 X      **307** 21:  
 X; 27 *cett.*      **310-27** (Aries) 11°-12° ... : 12°-13° ... 29° A      **316** (Aries) 31: 21 G  
**323** 38: 28 A      **327** 90: 89 E      **335** aequales: in aequinoctiali (-l) BE) omnes

	Aequales gradus zodiaci	Ascensiones arietis et librae Gr Mi	Ascensiones tauri et scor- pionis Gr Mi	Ascensiones geminorum et sagitt. Gr Mi	
295	1	0 55	28 50	58 50	30
	2	1 50	29 48	59 53	29
300	3	2 45	30 46	60 56	28
	4	3 40	31 44	61 59	27
	5	4 35	32 42	63 2	26
	6	5 30	33 40	64 5	25
	7	6 25	34 38	65 9	24
305	8	7 20	35 36	66 13	23
	9	8 16	36 35	67 17	22
	10	9 11	37 34	68 21	21
	11	10 6	38 33	69 25	20
	12	11 1	39 32	70 29	19
310	13	11 57	40 31	71 33	18
	14	12 52	41 30	72 37	17
	15	13 47	42 30	73 42	16
	16	14 43	43 30	74 47	15
	17	15 39	44 30	75 52	14
315	18	16 35	45 30	76 57	13
	19	17 31	46 31	78 2	12
	20	18 27	47 31	79 7	11
	21	19 23	48 32	80 12	10
	22	20 19	49 33	81 17	9
320	23	21 15	50 34	82 22	8
	24	22 12	51 36	83 27	7
	25	23 8	52 37	84 33	6
	26	24 5	53 39	85 38	5
	27	25 2	54 41	86 43	4
325	28	25 59	55 43	87 49	3
	29	26 56	56 45	88 54	2
	30	27 53	57 47	90 0	1
		Gr Mi	Gr Mi	Gr Mi	
330	Aequales gradus zodiaci	Ascensiones piscium et virginis	Ascensiones aquarii et leonis	Ascensiones capricorni et cancri	Gradus zodiaci

(21) sed propter praecisitatem operis melius est dividere circulum in limbo sub circulo aequinoctiali, cuius divisio sufficet pro tota divisione zodiaci. Eius autem divisio hoc modo levius fiet, ut primo  
 335 contra 5 gradus aequales in exteriori linea huius tabulae praesentis respice, et vide, quot gradus et quot minuta invenies; et pone tot in circulo zodiaci, ita quod semper, quando veneris ad 5 gradus in zodiaco, transeat linea per ambo spatia; et erunt tales portiones 18 inaequales. Et deinde divide quamlibet illarum secundum 5 gradus, †  
 340 ita quod contra primum gradum in aequinoctiali, quia non sunt in tabula nisi 55 minuta et adhuc deficiunt 5 minuta ad gradum integrum, imagineris 5 minuta de secundo gradu aequinoctialis et adde ad 55, et ibi fac primum gradum in zodiaco, ita quod primus gradus zodiaci transeat ulterius in limbo quam gradus primus  
 345 aequinoctialis per 5 minuta †. Et sic deinceps operare, usque quo divideris totum zodiacum per istam tabulam in partes 90. Vel aliter: cum divideris zodiacum in 18 partes per istam tabulam, divide quamlibet partem in 5 partes aequales, nec causabit sensibilem errorem; primus tamen modus est magis certus et artificialis et satis  
 350 levis. – Deinde in inferiori spatio scribatur numerus cuiuslibet gradus zodiaci ut, incipiendo a Y versus K, in secunda portione 18 partium eius ponatur 10, in quarta 20, in sexta 30; et ille numerus numerabit gradus arietis et librae. Deinde in octava scribatur ut prius 10, in decima parte 20, in duodecima 30, et iste numerus numerabit  
 355 taurum et scorpium. Similiter in quartadecima parte scribatur 10, in sextadecima 20, in octavadecima 30, qui numerabit geminos et sagittarium. Similiter, verso instrumento, a K versus Y in secunda parte, quae vacua est, scribatur 10, in quarta 20, in sexta 30, qui numerabit capricornum et cancrum; et sic deinceps usque ad Y. Et  
 360 haec est divisio zodiaci respectu aequinoctialis.

praesentis: *om.A* 336 respice: respicias EB; ponas G tot: X; *om.EBG; def.A*  
 337 5 gradus: 5<sup>m</sup>g-m A; g-m 5<sup>m</sup> B 339 gradus: GE; -dum B; -duum A; *abbr.X*  
 340-5 *correcciones quas E, B temptaverunt affero.* 340 quod: non *add. B* pri-  
 mum: unum B; unum p. EGX 341 et: s<ibi?> *add.B* minuta: *om.EBG*  
 342 secundo: primo E aequinoctialis: -ali BE 343 adde ad 55: subtrahe a  
 55 E; adde a 55 B 344 transeat ulterius (ultra A): cit<er>ius t. B 345 usque  
 quo: quousque BA 346 tabulam: praesentem *add.A* 354 parte: portione  
 X; *om.B* 355 scorpium: X; -ionem EB; (gradus ...) -ionis A; *abbr.G* 357  
 verso instrumento: G; in instr. BX, E(*post y*); *om.A* 360-1 restat--rectum: *om.X*

Restat nunc dividere et disponere lineam altitudinis et horizontem rectum.

(22) Sequitur de dispositione lineae altitudinis, scilicet OY. – Extra OY protrahe tres lineas aequidistantes, relinquendo tria spatia; et sit  
 365 proximum spatium aliquo minus duobus aliis, quia in eo ponetur divisio numerorum, et in duobus superioribus litterae numerorum. Deinde protrahe lineas orthogonaliter per ista tria spatia a punctis divisionum OY, quibus prius OY fuit suo loco divisa in 23 partes; et deinde divide quamlibet illarum partium in 5 aequaliter, excepta  
 370 parte illa proxima ipsi Y, quae dividetur in 4 fere, ut praedixi tibi, quia a B usque Y erit tota declinatio, quae est ex 24 fere. Incipe igitur in exteriori spatio in prima divisione scribere 5, in secunda 10, et sic deinceps usque B; et tunc in illa portione proxima B erunt 90, et hic numerus denotabit latitudinem regionis, quia semper ab O computando versus aequinoctialem ascendimus, cum O sit polus septentrionalis. Item in secundo spatio, in portione proxima ipsi B, scribe 5, in secunda 10, et sic usque ad O polum, qui numerus dicitur numerus  
 375 latitudinis regionis. Deinde in tertio spatio proximo ipsi BY pone divisiones tuas, quas praedixi, scilicet ut quaelibet portio in 5  
 380 aequalia dividatur, nec causabit sensibilem errorem. Si tamen velis eam artificialiter dividere in suos gradus ab O usque in Y, divide primo aequinoctialis partem, scilicet AB, in partes 90, per quam poteris dividere lineam altitudinis OB in 90, et residuum, scilicet BY, in 24 fere, sicut prius, diviso AB in 18, divisisti OY in 23 portiones  
 385 inaequales. (23) Quod cum perfeceris, poteris probare per praesentem tabulam, si bene feceris an non, in qua ponuntur declinationes cuiuslibet gradus zodiaci ab aequinoctiali, quas declinationes probavit magister Arzachel per machinamenta certissima, et hoc supposito quod declinatio fuerit 23 graduum 33 minutorum et 30 secundorum.

---

**360** et horizontem (-on G) rectum: GA; *om.*EB; *def.*X **363** altitudinis: latit. X; altit. et latit. E; longit. et latit. BGA scilicet oy: sic *add.*X; et *add.*A **366** litterae: lineae A **371** quia: *om.*A; *ante* ut praed. EBG; *cf. l.* 153 erit: est XA 24: gradibus (gr()) X *add.*XA **372** exteriori: int- B et sic deinceps: X; *om. cett.* **374** latitudinem: X; longit. EB; longit. sive latit. A; altit. sive longit. G **377** secunda: -do EBG **378** regionis: -num BA; *abbr.*G ipsi by (oy G); a b versus y B **381** dividere (*def.*E): *om.*G; *post* y B **382** aeq-lis (*abbr.*G) partem: partes a. A; a-lem partem EX **385** praesentem: praecedentem A **389** 30: 3 BGX

390	Numerus graduum ecl.	Declinatio graduum arietis ab æquinoctiali	Numerus graduum ecl.	Declinatio graduum tauri ab æquinoctiali	Numerus graduum ecl.	Declinatio graduum geminorum ab æquinoctiali
395		Gr Mi 2a		Gr Mi 2a		Gr Mi 2a
	1	0 24 0	31	11 52 45	61	20 27 36
	2	0 48 0	32	12 13 40	62	20 39 40
	3	1 11 56	33	12 34 23	63	20 51 39
	4	1 35 51	34	12 54 53	64	21 3 9
400	5	1 50 47	35	13 15 11	65	21 14 12
	6	2 23 40	36	13 35 16	66	21 24 56
	7	2 47 30	37	13 55 7	67	21 35 11
	8	3 11 19	38	14 14 41	68	21 45 2
	9	3 35 5	39	14 33 6	69	21 54 25
405	10	3 58 4	40	14 53 11	70	22 3 35
	11	4 22 28	41	15 12 3	71	22 12 16
	12	4 46 0	42	15 30 41	72	22 20 29
	13	5 9 30	43	15 49 2	73	22 28 17
	14	5 32 55	44	16 7 8	74	22 35 38
410	15	5 58 15	45	16 25 17	75	22 42 36
	16	6 19 29	46	16 42 29	76	22 49 6
	17	6 52 38	47	16 59 45	77	22 55 44
	18	7 5 40	48	17 16 44	78	23 1 59
	19	7 28 34	49	17 33 25	79	23 6 10
415	20	7 51 25	50	17 49 46	80	23 10 46
	21	8 14 5	51	18 6 48	81	23 15 5
	22	8 36 39	52	18 21 29	82	23 18 56
	23	8 59 3	53	18 36 53	83	23 22 22
	24	9 21 20	54	18 51 40	84	23 25 19
420	25	9 43 28	55	19 6 41	85	23 27 49
	26	10 5 26	56	19 21 6	86	23 29 50
	27	10 27 14	57	19 35 7	87	23 31 44
	28	10 48 52	58	19 48 48	88	23 32 2
	29	11 10 19	59	20 2 7	89	23 33 0
425	30	11 31 36	60	20 15 0	90	23 33 30

secundorum: quam tabulam hic non pono quia alibi scribitur *add. G* (*ins.?*) **390-425** *tabulam hic fere habent AX; ante §25 E, B (spatium vacans); omittit G, cf. ad 389. – Titulos ex X sumpsit, quicum plerumque concordat E. – Tabulam cum canonibus 385-9 et 439-42 ex tabulis Toletanis (Toomer p. 30-1) sumpsit auctor. (2°): 48: 28 E (2°-4°): 48', 11', 35': 24', 8', 11' A, columna deorsum mota (8°): 19: 29 E (10°): 58: <<5>>8 X; 38 A (19°): 34: 35 Xa.c.; 24 A (22°): 39: 49 E; 44 A (24°): 21: 22 A (29°): 19: 14 A (30°): 31: *def. A* (*cf. ad 2°-4°*) (32°): 13: 33 E (40°): 53: 51 A (46°): 42: 22 A (47°): 59: 58 A (50°): 49: 41 A (58°): 48': 18' A (59°): 7: 2 A (60°): 15: 16 X (60°): 0: 15 A (61°): 27: 37 A (78°-90°): 23°: 33° E (83°): 22'':*



(24) Consequenter restat describere OK, quae dicitur horizon rectum, super quam describantur talia tria spatia, sicut scripsisti super lineam altitudinis, scilicet OY; et dividantur haec spatia in 12 aequalia, et inferius spatium dividatur in 60, ita quod quaelibet 12  
 430 portionum dividatur in 5 aequalia. Et in sequenti spatio incipiendo ab O versus K in prima parte scribatur 5, in secunda 10, et sic deinceps usque K, ubi erunt 60. In supremo autem spatio scribantur duo ordines numerorum, incipiendo a K versus O, ita quod in secundo scribantur 10, in quarto 20, et sic usque O, ubi erunt 60; et  
 435 deinde redeas in sequenti, ubi pones 70, et in ultimo erunt 120, et haec vocabitur chorda versa. Numerus autem in sequenti spatio, scilicet in medio, denotabit numerum chordae rectae[ quae sic intitular].

[– Haec est tabula declinationis solis ab aequinoctiali, verificata  
 440 secundum Almeonem filium Albumazaris, quae est 23 graduum 33 minorum 30 secundorum, secundum quod verificatum fuit aspectibus certissimis magistri Ebusak Elzekel. –]

(25) Cum autem stellas fixas in hoc instrumento situare volueris, oportet te habere tabulas stellarum fixarum, quae sunt duae. Una est  
 445 quae dicit longitudinem stellae, scilicet gradum cum quo stella caelum mediat, et eiusdem latitudinem ab aequinoctiali per lineam transeuntem per polos mundi; per quam tabulam sic stellam facillime et certissime situabis, quia, si stella fuerit septentrionalis, computa a B versus O, et ubi tantam latitudinem graduum et minorum ab  
 450 aequinoctiali inveneris, signa ibi punctum. Deinde pone pedem circini immobilem in O et alium in illo puncto, et revolve in quadrante, et haec erit circumferentia latitudinis illius stellae. Et si stella fuerit meridionalis, computando a B versus Y signa punctum et fac similiter. Deinde protrahe lineam ab O ad gradum, cum quo haec  
 455 stella caelum mediat, et ubicumque haec linea circumferentiam iam factam intersecat, ibi erit verus locus illius stellae.

---

21" X (85°): 49: 40 E (89°): 0: *vacat* X (90°): 33: 3 E (*ante l. 426:* de (ok *add.* B) horizonte recto EB; de divisione horizontis recti A 427 quam: G; quod E; quem *cett.* 428 altitudinis: latit. X; longit. *cett.* 429 in 60: in 6 G; *om.* B 432 usque k ubi (ibi G): GX; ubi EB; et A 437 quae (qui A) sic intitular (-letur G): *om.* X; *post l. 439* tabula *sine dubio pertinet* 439-42 haec--elzekel: *om.* XG 439 tabula: praecedentis *add.* A 440 filium albumazaris: EB; et albumazar A 33: B; 23 EA 441 secundum: A; scilicet et s. E; *om.* B 442 certissimis: EB; fortissimis A ebusak: EB; -zak A elzechel: A; elzeychel(!) E; *om.* B; et sequitur tabula hic *add.* E

(26) [Huius autem situationis ponitur tabula cum longitudine, latitudine, nomine, parte et quantitate, ut patet:]

	Signa zodiaci	Nomina stellarum fixarum in octava sphaera	Longitudo ab æquinoctiali Gr Mi	Latitudo ab æquinoctiali Gr Mi	Pars mundi
460	Aries	Aldera			
		Cor piscis			
465	Taurus	Aldebaran			
		Caput gorgonis			
	Gemini	Pes Orionis			
		Alaiok			
470	Cancer	Alako			
		Algomeira			
	Leo	Cor leonis			
		Alfarde			
	Virgo	Cauda leonis			
		Collum corvi			
475	Libra	Alramech			
		Alchimceth			
	Scorpio	Cor scorpionis			
		Elfeca, id est corona			
	Sagitt.	Taben			
480		Caput serpentis			
	Capric.	Vultur cadens			
		Altahir			
	Aquarius	Cauda gall.			
		Iuba equi			
485	Pisces	Humerus equi			
		Cauda ceti			

(27) Alia est tabula situationis stellarum, in qua ponitur pro longitudine stellae verus gradus eius in zodiaco, scilicet gradus super quem cadit linea transiens per polos zodiaci. Latitudo vero stellae est in hac tabula distantia eius ab ecliptica zodiaci, id est a vero gradu eius. Per hanc autem tabulam sic stellas situabis: Primo describe circulum latitudinis stellae ab ecliptica, aequidistantem ab ea, et alium circulum transeuntem per verum gradum eius et per eius nadir et per polum zodiaci; et ubicumque isti duo circuli intersecant se, ibi procul dubio est locus stellae. Artem autem describendi hos circulos cito ostendam tibi.

Alius autem est modus situandi stellas per easdem tabulas utrasque simul, sic: Primo describe circulum latitudinis ab ecliptica aequidistantem per istam secundam tabulam; deinde ab O protrahe unam  
500 lineam ad gradum, cum quo stella haec caelum mediat; et ubicumque haec linea intersecat illum circulum, ibi pone centrum stellae. Alii autem sunt modi situationis, sed isti sufficiunt.

(28) Ars autem describendi circulum latitudinis stellae ab ecliptica est haec.

505 [Et primo de stellis correspondentibus zodiaco septentrionali est tradenda doctrina.

Unde, si fuerit stella septentrionalis ab ecliptica, addatur eius latitudo declinationi solis, quae est fere 24 graduum, et numero  
510 AB, incipiendo ab A computando versus B, et signetur terminus numeri. Deinde protrahe lineam rectam a puncto D usque ad terminum illius numeri, et ubi haec linea secat OA lineam, signetur

---


**449** latitudinem: long. G; om. B      **457-8** huius--patet: om. XG      **458** ut patet: per sequentem add. A; geminat B; om. E; def. XG      (post **458**): textum quem post l. 501 B aptius exhibet hic add. E, ut sequitur: et nota quod si ab utroque circulorum, cancri scilicet et capricorni, computentur tot gradus in linea oy quota est latitudo stellae situandae ab ecliptica, et hoc ex eadem parte circulorum illorum, ex qua parte zodiaci situatur stella, et deinde per circinum, cuius pes immobilis sit in o puncto, resecantur 2° spatia praedictis aequalia in linea kz ab illo zodiaco respectu cuius situabitur stella, et hoc ex eadem parte illius zodiaci ex qua erit illa stella: tunc erit punctus medius inter illos duos terminos in linea kz centrum circuli transeuntis per illos duos terminos, qui quidem circulus erit circulus latitudinis illius stellae ab ecliptica. et iste modus inveniendi circulum latitudinis stellae ab ecliptica est facillimus inter omnes. – B de tabula haec addit: haec tabula secundum longitudinem et latitudinem ab aequenociali verificata fuit 10. kal. iunii in coniunctione solis et lunae anno domini 1316 anno arabum 718 mense 3° a crastino incipiente a mense octob() 4<sup>a</sup> hora 14 post meridiem oxoniae scilicet die sti. dunstani &c.      **459-86** tabulam solus habet X absque numeris      **482** altahir: ast- X      **487** ponitur: G; ponuntur cett.      **488** scilicet gradus: om. E; secundum gradum cett.      **490** eius: stellae G; om. B      **491** stellas (-am X) situabis: stella s-bitur B      **492** aequidistantem: -nt(er?) BA; -ntis X      **497** stellas: X; om. cett.      **498** describe: scribe BXA      **501** stellae: hic addit B descriptionem circuli latitudinis stellae ab ecliptica, quam E post l. 458 habuit      **502** sufficienti: sed tabula illa non ponitur hic quia ponitur inter tabulas 4<sup>tae</sup> partis albion quae est de vero gra. stellae in ecliptica et de latitudine ab ecliptica add. G      **505-52** et primo--dicendum est: om. GX. Singulorum testium lectiones plerumque tacitus reieci.      **508** graduum: A; -dum E; -dus B      **510** a·b: EA; abd B      b: EA; d B      **511-17** d usque ad terminum--puncto: om. E; B secutus

punctus diligenter. – Postea videndum est, si latitudo illius stellae fuerit maior declinatione solis vel minor; si minor, subtrahe illam  
 515 latitudinem a tota declinatione, et residui quaere numerum consimilem in quarta CB, computando a C versus B, et fiat ibi nota. Deinde protrahe lineam rectam a puncto B per illam notam usque ad ZC lineam, et signetur ibi punctus diligenter. Deinde in medio inter hanc notam et notam prius inventam in linea OA pone pedem circini  
 520 immobilem, faciendo circumferentiam subtilem transeuntem per utrumque terminum inventum; et hic est circulus latitudinis illius stellae. – Si autem fuerit latitudo stellae maior declinatione solis, tunc pro secunda nota invenienda subtrahe declinationem solis ab illa latitudine, et residui quaere similem numerum in quarta CD,  
 525 computando a C versus D; et signetur terminus numeri, a quo ad B protrahatur linea recta; et ubi haec linea secat CO lineam, signetur punctus diligenter; cum quo et cum puncto prius invento in linea OA age ut prius dictum est.

Si autem fuerit stella meridionalis, pro primo puncto inveniundo  
 530 videas, an stellae latitudo fuerit maior declinatione solis vel minor; si minor, subtrahatur de declinatione solis, et residui quaere similem numerum in quarta AB, computando ab A versus B; et signetur terminus numeri, a quo ad D transeat linea, et ubi secat OA lineam, signa punctum diligenter, quia ille punctus erit prima nota. – Si  
 535 autem fuerit latitudo stellae maior declinatione solis, subtrahe declinationem solis ab ea, et residui quaere consimilem numerum in quarta AD, computando ab A versus D; et signetur terminus, per quem et per D transeat linea usque ad lineam AK; et ubi eam secaverit erit prima nota. – Pro secunda autem nota invenienda adde  
 540 latitudinem stellae declinationi solis, et numero provenienti ex tali additione quaere numerum consimilem in quarta CB, computando a C versus B, et signetur terminus numeri. Deinde protrahe lineam a B per istum terminum in continuum et directum, quousque secet CZ lineam ulterius sufficienter protractam; et ubi eam secaverit, erit  
 545 secunda nota, cum qua et cum prima age ut prius.

---

*sum ubi tacui* 511 d: B; t A 513 latitudo: AB; eius *add.* B 517 ad: E; a B; *om.* A 521 utrumque term. *inv.*: utramque notam inventam A 527 invento: B; -tis A; *om.* E 530 vel: AE; aut B 531 de decl-one solis: E; de s. d. A; decl-o solis B 539, 544 secaverit: EBA 548 a: in A, Ba. c. 549 haec:



§ 29 (l. 505-22): Circle of stellar latitude.

§ 31 (l. 660-66): Poles of ecliptic.

Si autem in inventione illius notae, pro qua facienda est subtractio, fuerit latitudo stellae aequalis praecise declinationi solis, tunc erit illa nota in altera sectione zodiaci cum linea ZK, in illa videlicet, a qua foret incipienda computatio, si latitudo foret maior vel minor. – Haec  
550 de latitudine stellarum zodiaci septentrionalis sufficiunt.

(29) Nunc autem de latitudinibus stellarum zodiaci meridionalis est dicendum.]

Primo videndum est, utrum stella fuerit septentrionalis ab ecliptica vel meridionalis.

555 Si septentrionalis, et declinatio vel latitudo eius ab ecliptica fuerit minor tota declinatione, quae est fere 24 graduum, tunc subtrahe illam latitudinem stellae a tota declinatione, et residui quaere similem numerum [graduum et minutorum] in AB quarta aequinoctialis, computando ab A versus B; et signetur terminus numeri. Deinde  
560 protrahe lineam rectam a puncto B ad terminum illius numeri et ulterius in continuum et directum usque in lineam AK; et ubicumque haec linea terminatur in linea AK, signetur punctus diligenter. – Postea adde eandem stellae latitudinem ab ecliptica toti declinationi, et numero proveniente ex tali additione quaere consimilem nume-  
565 rum in quarta CD, computando a C versus D; et a loco, in quo finitur ille numerus, protrahatur linea in B punctum; et ubicumque haec linea intersecat diametrum aequinoctialis OC, pone signum. Deinde in medio inter hanc notam et notam prius inventam in linea AK quaere centrum, et pone ibidem pedem circini immobilem,  
570 faciendo circumferentiam subtilem transeuntem per utrumque terminum inventum; et hic certe est circulus latitudinis pro tali stella. – Secundo, si latitudo stellae septentrionalis fuerit maior tota declinatione, oportet auferre totam declinationem a stellae latitudine ab ecliptica, et numero remanenti quaere similem numerum in quarta

---

A; h. autem E; hoc est B 552 est dicendum: E; d. e. A; est sciendum B 553  
primo: *revertuntur* GX primo: unde p. EB; et p. A sept-*lis* ab ecl. vel mer-*lis*:  
EB; s. v. m. G; m. v. s. X; s. v. m. ab e. A 555 vel latitudo: *om. X*; *def. G* 556 tota:  
XG; solis *cett.* 558 graduum et minutorum: X; in linea g. et m. G; *om. cett.* in  
a b quarta: in qu. XG; a b et in q. B; in linea a b id est (in *add. E*) q. EA aequinoc-  
tialis (-li B): a b *add. G* (*cf. ad l. 558*); tunc *add. E* 562 haec: ista E; illa B; *om. G*  
564 consimilem num.: n. c. G; c. BX 565 in quo: a quo X, *Ba. c.* 568 inter  
hanc notam: huius notae *omnes* et notam prius inventam: G; et (in *add. B*) nota p.  
inventa EBX; a nota p. inventa A 574 numero remanenti: numeri r-*tis* (r-*t*) (EB)

- 575 AD, computando ab A versus D; et a termino huius numeri protrahe lineam rectam in punctum B, et ubicumque haec linea scindit diametrum OA, signetur punctus, quia ibi erit prima nota. – Deinde eandem latitudinem eiusdem stellae adde toti declinationi ab ecliptica, et quaere numerum consimilem illo numero in quarta CD,
- 580 computando a C versus D; et a termino huius numeri protrahe lineam in B; et ubi haec linea abscindit diametrum OC, ibi erit secundus punctus. Tunc sicut prius quaere centrum in medio inter has duas notas et revolve circulum per ambas notas; et haec erit circumferentia latitudinis illius stellae.
- 585 Tertio, si stella fuerit meridionalis ab ecliptica, et eius latitudo fuerit minor tota declinatione sive maior, ad primam notam inveniendum oportet ipsam eius latitudinem toti declinationi addere; deinde quaeratur similis numerus numero producto in quarta AB, computando ab A versus B; deinde, protracta linea AK directe satis
- 590 longe, protrahes unam lineam a B per notam inventam; et ubicumque haec linea tangit lineam AK, ibidem erit nota prima. Deinde pro secunda nota invenienda vide, utrum illa latitudo meridionalis ab ecliptica sit maior tota declinatione aut minor: nam si sit minor, oportet ipsam latitudinem a tota declinatione auferre, et tunc quaeratur numerus similis numero remanenti in quarta CD, computando a
- 595 C. versus D. Et inde tunc operandum est ut prius, scilicet trahendo lineam a B ad illum punctum, et ubi dividit lineam OC, ibi erit secundus punctus. Tunc fac circulum tuum ut prius, et habebis latitudinem tuam ab ecliptica. – Si vero ipsa latitudo meridionalis
- 600 fuerit maior tota declinatione, ab ipsa subtrahe totam declinationem, et numero remanenti quaere similem numerum in quarta CB, computando a C versus B, cuius signabis terminum. Deinde, protracta linea OC directe satis longe, protrahe lineam a B per signum quod fecisti in quarta CB; et ubicumque haec linea tetigerit lineam
- 605 OC productam, ibi erit secundum signum. Tunc quaere centrum in medio inter illam notam et notam prius inventam, et fac circulum transeuntem per utramque notam; et ille erit circulus latitudinis illius stellae ab ecliptica.

---

EBG 578 eandem: eq(ui)dem EBG; alia A 583 circulum: circinum A  
 ambas: G; has B; alias *cett.* 586 inveniendum: XB; -dam *cett.* 593 sit<sub>2</sub>: *om.*  
 BX minor: maior XA 600 ipsa: ipso GX; *n.l.* A 602 cuius: que A;  
 quoniam B; quem EGX 607 erit circulus latitudinis: circulus (*om.X*) erit

(30) [Ista tabula stellarum secundum longitudinem et latitudinem  
610 ab ecliptica verificata fuit diligenter, motu octavae sphaerae exami-  
nato secundum tabulas Arzachelis ad annum Christi 1316. Et  
concordat cum additione 16 graduum et 20 minorum super stellas  
Almagesti, quia tantum processit motus octavae sphaerae a tempore  
Ptolomaei usque ad tempus praefatum.]

615	Signa zodiaci	Nomina stellarum fixarum	Longitudo in ecliptica Gr Mi	Latitudo ab ecliptica Gr Mi	Pars mundi eius	Quan- titas eius
	Aries	Caput arietis	28 12	10 15	Sept.	2
620		Cor piscis	20 30	26 20	Sept.	2
	Taurus	Aldebaran	29 20	5 10	Mer.	2
		Caput gorgonis	16 20	23 0	Sept.	2
	Gemini	Pes Orionis, Rigil	6 30	30 30	Mer.	1
		Alayoc	11 40	22 50	Sept.	1
625	Cancer	Alabor	4 20	39 10	Mer.	1
		Algomera	15 50	16 10	Mer.	1
	Leo	Cor leonis	19 10	0 10	Mer.	1
		Alfarde	18 40	20 50	Mer.	2
	Virgo	Cauda leonis	11 10	11 50	Sept.	2
630		Benenach	17 0	53 30	Sept.	2
	Libra	Alramoch	12 40	31 30	Sept.	1
		Achimech	13 20	2 0	Mer.	1
	Scorpio	Cor scorpionis	29 20	4 0	Mer.	1
		Elfeca	1 20	44 30	Sept.	2
635	Sagitt.	Caput draconis	13 0	74 30	Sept.	2
		Caput serpentis	11 10	36 0	Sept.	2
	Capric.	Wega	4 0	62 0	Sept.	1
		Altair	19 50	29 30	Sept.	2
	Aquarius	Cauda gallinae	25 50	60 0	Sept.	2
640		Iuba equi	21 53	22 50	Sept.	2
	Pisces	Humerus equi	18 50	31 0	Sept.	2
		Cauda ceti	22 20	20 20	Mer.	2

latitudo omnes **609-14** ista tabula--praefatum (an Prefatii?) om. BGX. Secutus sum  
EO,A, facta annotatione ubi discordant. **609** ista tab. stellarum: EO; nota quod  
haec (om.M) tabula cett. **610** ab ecliptica: EO; om.cett. diligenter: post  
sphaerae AV examinato: ex-ta omnes **611** tabulas: EO; stellas cett. Ar-  
zachelis: Arzaches EO; Arcazel(is) A; Algazel() CVM annum: EO; annos cett.  
**612** graduum: -dus EO super: supra ACV **614** usque: om.EO tem-  
pus: ipsius add.A praefatum: EO; profatii Aa.c., Ca.c.; profatii ACVM **615-  
42** tabulam hic habent EOA,B(spatium vacans); circa l. 487 X; post l. 839 V. Titulos secundum



(31) Ars autem describendi circulum transeuntem per polum zodiaci cuius partis est haec stella, et per verum eius gradum in ecliptica et  
 645 nadir eiusdem gradus, est satis facilis: ita quod, si stella [situanda] fuerit [in aliquo gradu alicuius signi] septentrionalis, linea haec transeat per polum zodiaci septentrionalis; et si [fuerit in aliquo gradu alicuius signi] meridionalis, haec linea transeat per polum partis zodiaci meridionalis, per communem artem inscribendi quae-  
 650 cumque tria puncta in eodem arcu. [Et sic patet de situatione stellarum, ita videlicet, quod a polo mundi computabis 23 gradus et 33 minuta in linea altitudinis <\*>, et ibi erit polus zodiaci secundum exigentiam partis zodiaci.]

Et notandum quod, si esset circulus integer et zodiacus in uno  
 655 circulo integre descriptus, tunc omnino non esset difficile describere circulum aequidistantem secundum gradus a zodiaco; sed quia in quadrante iam describitur zodiacus quasi fractus in parte, ideo est difficile nisi secundum quod docebo. Figes quadrantem in plano ut prius, et omnes circulos tropicos et zodiacum integre revolves in illo  
 660 plano. Deinde a polo mundi, quod est O, in linea altitudinis divisa dinumera 23 gradus et 33 minuta, et ibi pone unum pedem circini, alio immobili existente in centro O; et revolve circulum secundum quantitatem 24 graduum fere, et ubicumque abscindit lineam OK,



---

*EX sumpsi. Lectiones quas V solus habet praetermissi.* 615-6 signa zodiaci: EO; nomina signorum V; *vac.cett.* 615-7 quantitas eius: q. E 619 caput arietis: aldera (albera V) c.a. AV 621 29: 19 A 623 pes orionis (orizontis A): om. E 624 alayoc (-ioch A): algiok EO 11: 10 AV 625 labor: -gor A; -habor V 626 algomera: -meira X; -meza AV 630 benenach: cauda corvi A; collum corvi V 631 alramoch: -mech A 31: 32 X(*p.c.?*) 634 elfeca: id est corua *add.AV* 635 caput draconis: taben AV 74: 79 AV 637 Wega: Wegan EO; vultur volans *add.AV* 638 29: 20 EO 639 60: 36 AV 640 50: 55 AV 644 per: X; *om.cett.* verum: unum BX; numerus A 645 situanda f.: X; f. situata E; f. *cett.* 646 in--signi: EX linea haec (h.l. B): praedictus circulus X 647-8 fuerit--signi: X; *om.cett.* 648 haec linea: secunda linea EBGA; dictus circulus X 649 artem: modum A; modum <<vel artem>> B 652-3 polus zod.--zodiaci: EBGA; circulus in cuius circumferentia erit polus uterque zodiaci, scilicet in ge linea in qua est chorda recta et versa, et uterque polus zodiaci distabit ab o angulo per 23 gra. et 33 mi. et erunt in kg X (*inferiora ut videtur repetens*) 656 gradus: -dum B; *abbr.X* 658 secundum: G; *om.cett.* figes: G; signes (-nas X) *cett.* 659 circulos: scilicet *add.G* 660 quod: *omnes* divisa: -so BG; -se X; -sim? E; *om.A* 661 et 33 minuta: *om.GA* 662 alio immobili (-I) E) existente (-ti A): et alium im-lem ex-tem G 663 24: 23 GA 669 et: X; *om.cett.*

- scilicet lineam in qua describitur chorda recta et versa, ibi procul  
 665 dubio erit polus zodiaci, id est illius partis zodiaci meridionalis, quae  
 transit a K in caput arietis. Per illum igitur punctum, et per verum  
 gradum stellae existentis in signis meridionalibus, et per eius nadir,  
 transibit ille circulus, qui ostendet tibi longitudinem illius stellae.  
 Item vide, ubi ille parvus circulus praedictus abscindit lineam OZ, et  
 670 ibi erit polus zodiaci septentrionalis, id est illius partis zodiaci, quae  
 transit a capite arietis infra aequinoctialem versus lineam horizontis  
 recti; et ideo per illum punctum transibit linea, quae ostendet tibi  
 veram longitudinem stellae in signis septentrionalibus, et per verum  
 gradum longitudinis ipsius stellae, et per eius nadir.
- 675 Inventio autem puncti, ubi stabit pes circini describentis illum  
 circulum, qui transit per verum locum stellae extractum a tabulis  
 stellarum et per eius nadir et polum sibi convenientem, satis est  
 facilis, sic: Pone pedem circini in polo illo, et alius describat circulum  
 transeuntem per eius verum gradum; item ponatur pes in vero gradu,  
 680 et alius pes transiens per eundem polum describat alium circulum; et  
 a duabus sectionibus illorum circulorum transeat linea infinita. Tunc  
 ponatur pes in polo eodem, et fiat alius circulus transiens per nadir  
 gradus, et e contra, et fiat alia linea infinita; et ubi istae lineae obviant  
 sibi, ibi certe erit centrum illius circuli quem quaeris.
- 685 **(32)** Facie instrumenti huius descripta, restat dorsum eius describere,  
 id est in eo gradus firmamenti cum circulo signorum et circulo  
 mensium, mansiones lunae et eius motum medium figurare. In  
 principio huius operis ab angulo recto protrahatur linea recta,  
 dividens quadrantem in duo aequalia, et sit illa linea BD, ut B sit  
 690 extremitas in angulo, D vero extremitas in circumferentia. Deinde in  
 linea BD quaeratur centrum, circa quod potest maximus circulus  
 describi in hoc dorso. Deinde protrahatur alia linea orthogonaliter  
 super centrum inventum, quod est E, dividens BD in E; et sit haec  
 linea AC, A existente dextrorsum et angulo superius. Dividitur igitur  
 695 ille circulus ABCD per quattuor aequaliter diametris orthogonalibus

---

**678** alius (pes *add.*E) d-at c-um transeuntem (-iens E; -eans(!) B); alio d-atur c-us  
 transiens G **680** pes: circini *add.*GA **684** sibi: se EGX **686** id est in eo:  
 B; in quo *cott.* **689** ut b sit: et sit b B; ut sit b E; et b sit A **692** alia linea: l. X;  
 l.a. EB **694** et (in *add.*A) angulo (-lus EB) superius: EBGA; c vero sinistrorsum X



§ 32-40: Back of instrument.  
 Cf. ms. B, 63<sup>a</sup>v.

AC, BD per 25<sup>am</sup> tertii Euclidis. **(33)** Deinde super idem centrum E describe interius circulum continentem spatium pro numeris graduum firmamenti; deinde scribe alium circulum includentem gracilius spatium, in quo ponentur divisiones quae erunt communes  
 700 tam firmamento quam zodiaco. Deinde super idem centrum E scribantur alii duo circuli continententes maius spatium, in quorum priori scribantur numeri graduum zodiaci, sicut scripsisti circulum aequinoctialem in facie instrumenti in limbo, per 5 et 5, ita quod, cum ille circulus superior dividatur in 360, semper in 5 protrahatur  
 705 linea dividens primum et secundum et tertium spatium; et medium horum, ut dixi, in 360 partes dividetur. Cum autem deveneris ad 30 gradus, tunc protrahatur linea transiens per omnia quattuor spatia. Et sic habebis quartum spatium interius divisum in 12 partes aequales, in quorum primo, incipiendo ab A versus B, scribatur Aries, in  
 710 secundo Taurus, et sic deinceps. Istam autem divisionem sic levius contingit facere, ut primo quaelibet quarta ABCD dividatur in tres partes aequales, et sic habes signa in suo loco; postea quaelibet portio signorum in tres, deinde quaelibet trium [in duas, demum quaelibet duarum] in quinque. Et sic super signa scribe numerum graduum  
 715 signorum usque 30, sed in supremo spatio scribe in qualibet quarta a 5 semper usque 90; et quater 90 faciunt 360.

**(34)** Nunc restat describere circulum mensium, qui circulus erit excentricus in quantum centrum mundi est excentricum a centro zodiaci, quod ex dicto Arzachelis est 30<sup>a</sup> pars semidiametri zodiaci.  
 720 Et ad sciendum, ubi hoc centrum invenies circa centrum E, oportet scire, in directo cuius gradus zodiaci ipsius nonae sphaerae sit aux deferentis solis. Scias igitur quod secundum omnes canones aux nonae sphaerae est post principium arietis in 2° signo 17° gradu 50° minuto, quod est in geminis. Signa igitur in geminis tantum, scilicet

---

**696** ac, bd: db et ac existentibus X; ab cd A **703** per 5 et 5: et *add.* G; per 5 XA; *om.* EB **705** medium: supremum X, *falso* **713** deinde: X; et *cett.* **713-4** in duas--duarum: X **716** 360: *add.* B *altiam versionem inscriptionis graduum*; *add.* E *regulam poli zodiaci inveniendi quae ad l. 674 spectat* **717** qui: cuius *omnes* **718** mundi: deferentis solis X ex-um: -us EX **719** zodiaci; circuli solis B **720** circa: extra X; citra G **723** nonae sphaerae (solis *add.* A.) EGA; eius in octava sphaera B; solis X principium arietis: arietem EBG in 2°: B; est 2 G; 2 *cett.* signo: E; anno B; -na X; -nis A; *abbr.* G gradu: E; gradibus A; *abbr.* XG **724** minuto: *abbr.* EXG; -tis A igitur: *desinit* B geminis: XA; *abbr.* EG **726**

- 725 17 gradus 50 minuta, et illi addas recessum augis octavae sphaerae ab auge nonae sphaerae pro tempore, pro quo vis facere instrumentum hoc; quod leviter scire poteris per parvam tabulam de motu octavae sphaerae, quae fit pro anno domini 1300, quo anno fuit motus octavae sphaerae, id est recessus eius augis ab auge nonae sphaerae, 9  
730 graduum 27 minutorum 50 secundorum:

(35) Tabula aequationis motus octavae sphaerae super nonam sphaeram, cuius aux est 2 signa 17 gradus et 50 minuta immobiliter, ab anno domini 1300.

735	Anni Chr. collecti	Tabula aequationis motus octavae sph.	Anni Chr. collecti	Tabula parvi circuli octavae sphaerae
		Gr Mi 2a		Si Gr Mi 2a
	1300	9 27 50	1300	2 1 46 29
	1310	9 31 42	1310	2 2 39 31
740	1320	9 36 3	1320	2 3 32 32
	1330	9 40 29	1330	2 4 25 35
	1340	9 44 49	1340	2 5 18 38
	1350	9 49 3	1350	2 6 11 39
	1360	9 53 11	1360	2 7 4 42
745	1370	9 57 13	1370	2 7 57 44
	1380	10 1 10	1380	2 8 50 45
	1390	10 5 0	1390	2 9 43 48

- (36) Vide igitur, in quo anno es modo, et adde illud ad praecedens secundum doctrinam illius tabulae; et ubicumque in gradibus, 750 minutis et secundis ceciderit terminus numeri tui, fac signum. Deinde

nonae sphaerae (semper *add. E*): GE; sub n-a s-a AX 727 hoc (*hic dist. EX*) quod: EGX; § hoc autem A parvam: istam p. X 728 1300: omnes 730 graduum (*etc.*): gradus (*etc.*) A; *abbr. cett.* 731-47 tabulam hic fere habent AX; post l. 839 EO, V (*omisso titulo 731-3*); post 763 G. *Dextram partem tabulae cum sinistra permutat X; secundam columnam annorum collectorum om. G; columnam secundorum aequationis motus om. AV. Lectiones quas V solus habet praetermissi.* 731 tabula: ista tabula est t. EO; haec tabula praesens est t. A 732 sphaeram: X; *om. EOAG* est: est ab ariete G; *om. A* 2 signa (*abbr. X*): 26 EO et: *om. GA* 50: 15 A 733 immobiliter: post principium arietis immobili(s) A ab: ad EO domini: Christi G 1300: 23 EO 734-6 anni Chr. coll.: EO; a. coll. G; a. coll. radix AV; a. chr. X 734 tabula aequationis: EOG; tabula AV; aequatio X tabula parvi circuli: EOGAV; medius motus X 740 36: 3 A; 1 V 32': 23' AV 745-7 7°-9°: 8°-10° AV 747 5: 50 EOAV 43: 40 AV 48: 40 EO; *def. AV* pro anno 1400 lineam

ab illo loco ad centrum E protrahe lineam, et postea accipe totam  
 illam lineam a centro E usque ad proximum circulum de circulis  
 signorum, quam divides in 32 partes aequales; qua sic divisa, pone  
 pedem circini immobilem in fine illius partis, quae proxima est  
 755 centro E, et coapta alium pedem, usque cadat in fine proximae partis  
 iuxta circulum illum interiore; et tunc revolve et fac circulum  
 unum. Continet igitur semidiameter huius circuli iam facti 30 partes  
 totius lineae, et una pars est inter duo centra; et alia pars, quae est  
 32<sup>a</sup>, est exterius inter circulum signorum interiore et istum circu-  
 760 lum, qui dicetur circulus mensium. Probatio igitur, quod centrum  
 huius circuli distat a centro circuli signorum per 30<sup>am</sup> partem  
 semidiametri eius: quia tanta est illa pars inter duo centra intercepta,  
 quanta est 30<sup>a</sup> pars semidiametri; igitur per 30<sup>am</sup> partem distat ab eo.

Quo circulo sic artificialiter invento, facies interius sex circulos,  
 765 relinquendo sex spatia, quorum primum sit ceteris brevius pro  
 divisionibus dierum mensium; secundum pro numero dierum, se-  
 cundum quinque et quinque; tertium pro nominibus mensium;  
 quartum pro festis sanctorum; quintum pro litteris, super quas  
 cadunt haec festa; sextum [pro numero, ad ostendendum] quoto die  
 770 mensis cadunt festa. Et haec spatia facere congruum est, si latitudo  
 tabulae permittat; sin autem, saltem tria spatia relinque, primum pro  
 divisione, secundum pro numero divisionis scribendo, tertium pro  
 nominibus mensium. (37) Qualiter autem istum circulum mensium  
 divides, oportet diligenter advertere. Menses habent dies inaequales,  
 775 et totus circulus oportet quod dividatur in 365 dies, quae divisio est  
 inepta, nisi per tabulam motus solis quam composui pro anno  
 bissextili, qui est semper completus, super quo anno expedit facere  
 divisionem istam, hoc modo: Vide, contra quem gradum, minutum  
 et secundum piscium sit prima dies Martii, et ibidem pone unam  
 780 summitatem regulae, et aliam in E centro, et divide circulum primum  
 de circulis mensium. Secundo vide, contra quem gradum eiusdem  
 signi sit secunda dies Martii, et ibidem pone secundum diem ut  
 prius, et sic deinceps, usque habueris 31 dies; et tunc in proximo

---

*add.*O 755 usque: quousque G 757 semidiameter: diam. EG 759 ex-  
 terius: -ior A, *Gp.c.*; distantia *add.* EGA 762 semidiametri: totius diametri EGA  
 769 pro--ostendendum: A 773 mensium<sub>2</sub>: *om.*XA 776 nisi: fiat *add.*X  
 quam composui: X; q. posui A; q. posui hic E; *om.* G 779 piscium: -cis E; *abbr.* G

spatio pone numerum dierum per quinque et quinque, † ut interius  
 785 in facie tabulae fecisti †; et deinde in tertio circulo scribe nomen illius  
 mensis. Et postea vide in tabula, respectu cuius gradus signi arietis  
 fuerit prima dies Aprilis, et operare ut prius, et sic usque divideris  
 totum circulum in 365 partes; et decenter attribue cuilibet mensi suos  
 dies. Vel facilius, si volueris: Signata prima die Martii ut prius, postea  
 790 vide, respectu cuius gradus fuerit quinta dies eiusdem [mensis, et  
 signa; et deinde vide, respectu cuius gradus fuerit decima dies], et sic  
 procedendo per 5, usque deveneris ad 30. Et si aliqua dies fuerit  
 ultra, vide, respectu cuius gradus fuerit, et signa ut prius. Deinde  
 divide quamlibet portionem in 5 aequalia, nec causabit sensibilem  
 795 errorem; magis tamen artificiale est operari, ut prius dictum est.

(38) Et notandum quod, ex quo tabula motus solis facta sit pro  
 anno domini 1300, in quocumque anno volueris instrumentum hoc  
 facere, oportet addere motum octavae sphaerae ad quamlibet diem,  
 quantum transivit a tempore confectionis dictae tabulae; et hoc  
 800 poteris per istam parvam tabulam, ut prius docui, de auge solis  
 invenienda. Et esto diligens in divisione circuli signorum, quia ab eo  
 dependet magna pars operationis nostrae, et omnia decenter age, ut  
 in facie tabulae docui.

*〈tabula motus solis pro anno domini 1300〉*

805 (39) Sequitur de mansionibus lunae, quas sic facies: Super centrum  
 E infra circulos mensium fac duo spatia, quorum unum erit pro  
 nominibus mansionum et secundum pro numero earundem. Tertio  
 fac spatium aliquantulum maius ceteris, in quo poteris figuras  
 stellarum dictarum mansionum depingere. Ipsae autem mansiones  
 810 sunt 28 partes octavae sphaerae, quae incipiunt in principio arietis  
 nonae sphaerae; propter quod vide per tabulam, quantum recessit  
 motus octavae sphaerae a nona sphaera pro anno, in quo vis facere

780 aliam: alium *omnes* 783 usque: *omnes* 784-5 ut interius (infer. A)--fe-  
 cisti: *omnes* 787 usque: quo *add.E* 790-1 mensis--dies: GE 792  
 deveneris: GA; adv. E; v. X 794 aequalia: G; -liter E; -les XA 796 tabula:  
 ista t. E; illa t. A 1300: EOXACVM; 1320 G 799 quantum: quam EX; quem  
 A dictae: praesentis EA; *om.G* 800 istam: illam E; *om.XA* 801 inve-  
 nienda: A; -do *cett.* 805 quas: quae EGX 807 earundem: eorundem EG;  
 eorum XA 808 poteris: posses EG; possis A 810 partes oct.sph.: s.o. EG

instrumentum tuum, et ibidem divide [spatia tua; et tunc totum  
 815 circulum mansionum lunae divide] in 28 partes aequales. Habes  
 igitur 28 mansiones lunae aequales, quarum prima incipit in 9° gradu  
 27° minuto 50° secundo arietis nonae sphaerae anno domini 1300  
 secundum tabulam praecedentem; in quarum prima scribetur Al-  
 nach, quae est constellatio illius gradus, in secunda Albocaini, et sic  
 de ceteris, ut patet in figura subscripta:

820 <figura mansionum>

In inferiori circulo fac numerum mansionum ad denotandum,  
 quae est prima, quae secunda, quae tertia, et sic de ceteris; in tertio  
 spatio, quod est maius ceteris, fac figuras stellarum, si volueris.

(40) Ultimo facies duo labella per clavum unum bene aptatum  
 825 moventia in centro E, quorum primum erit circa centrum circulare,  
 ut in eo possint describi dies medii motus lunae; et ideo illum  
 circulum divides in 29 partes aequales cum dimidia, sicut patebit in  
 figura quae vocabitur labellum solis; super quod facies aliud labellum  
 eiusdem figurae, minus tamen, non scriptum nec divisum, quod  
 830 vocabitur labellum lunae.

<figura labelli solis>

(41) Deinde in facie tabulae in centro O sume filum volubile cum  
 plumbo, pro mensuris et altitudinibus capiendis, et duas laminas  
 perforatas aequaliter pro visu, sicut in veteri quadrante, quarum una  
 835 est in angulo K et alia in angulo O. Perquire insuper duas margaritas  
 parvas diversi coloris, quas impones filo praedicto, et vocabuntur  
 almuri, id est computatores.

Et sic terminatur compositio novi quadrantis; et sequitur de operis  
 utilitate.

---

**813-4** spatia--divide: G **815-6** 9°27'50" ... 1300: X; 9°36'3" ... 1320 EO; 9°(hic)  
 36'32"(post sphaerae) ... 1300 AVCM; 10° ... 1327 G **817** quarum: qua EG  
**819** ut--subscr.: om. G figura subscripta: hac f. X; def. G / **820** spatium vacans  
 habet X; figuram om. cett. **821** inferiori: omnes **824** ultimo facies (-ias E): f. u.  
 XA duo labella: 2 labellas EG; duas tabellas X; 2 tabulas A **825** moventia:  
 -tes omnes quorum primum: quarum p. EG circulare: -ris A **826**  
 possint: -sent XG; -sunt E medii: mensis EA **827** sicut patebit (patet EA) in  
 (praecedenti add. E) f. quae: quod G **830** labellum: om. EX **832** sume:



840 **(42)** Primum quod occurrit, docendum est invenire locum et gradum  
solis in signo suo per circulum mensium. Pone igitur labellum solis  
super diem cuius vis scire solis gradum; et ubicumque ceciderit in  
circulo signorum, pro certo ibidem est gradus solis pro illo die; et  
similiter, ubicumque ceciderit in mansionibus sive in constellationi-  
845 bus, ibidem est mansio [sive constellatio] solis in illo die.

Si autem vis scire mansionem lunae et gradum signi, in quo fuerit,  
pone labellum lunae super diem tuum, computando a coniunctione,  
et ubi ceciderit in mansionibus vel signis et gradibus, ibidem erit luna  
illo die, tam in mansionibus quam in signis [et gradibus]. Est tamen  
850 sciendum quod hoc dictum est minus proprie, eo quod luna non  
peragrat omni die aequaliter, et etiam quia uno die non transit nisi  
unam mansionem, sed potius in 23 horis et 25 minutis horae.

Cum autem sciveris locum solis in dorso, signa eum in facie  
instrumenti in zodiaco et operaberis pro placito secundum quod †tibi  
855 dote signari faciam †.

**(43)** Si vero volueris scire altitudinem solis in meridie in quolibet  
ex gradibus circuli signorum in eadem regione sive latitudine, pone

---

firma G **838** compositio: XA; ars E; ars de c-one G et seq.de operis (om.E)  
ut.: om.XA **842** diem: eius add.EAX **843** pro certo: X; perfecte E; profecto  
A; om.G **845** ibidem: ibi GA sive constellatio: X **849** in m.q.in: m.q.  
GE et gr.: X **851** peragrat: -gat EX **854-5** s.q. tibi (om.EO) dote (d(e) te  
A; = vel dete O; = vel doce E) signari faciam: et s.q. de te signari facies X **856**  
quolibet: die add.EXA **857** signorum: *hic addit G de inveniendō meridiano per altitu-  
dines ut nos dicimus correspondentes, de latitudine regionis per solis altitudinem, et Q1 §43, ut  
sequitur:* in quocumque loco fueris, quia hoc est valde necessarium huic operi, ut in-  
ferius patebit, sed altitudo solis in meridie per nullum huiusmodi instrumentum  
secundum ptolomaeum vere potest apprehendi, quia per 5 gradus ante meridiem  
et post fallunt instrumenta: igitur fac tibi tabulam planam, quam figes in aliquo loco  
ubi sol potest per diem lucere, et fige tabulam immobiliter et plane, ita quod nulla  
pars superemineat alteri. deinde fac circulum in eadem, et fige stilum perpendicu-  
lariter in centro, et vide in die quando umbra incipit primo ingredi circulum, et  
ibidem fige punctum, et similiter vide quando umbra primo egreditur, et signa  
punctum. deinde protrahe lineam inter illa 2 puncta, et divide eam in medio per  
lineam rectam egredientem a centro, et haec est linea meridionalis quia, quando-  
cumque sol facit umbram in illa linea directe, tunc certe est meridiem in illa civitate,  
et omnis linea dividens eam perpendiculariter est oriens et occidentes vere. – per solis  
altitudinem in meridie poteris scire latitudinem regionis tuae ubicumque fueris,  
sole existente in principio arietis et librae: vide quantum sol elevatur super horizon-  
tem tuum in meridie, et illud aufer de 90, et residuum erit elevatio poli super hori-

filum super illum gradum, cuius altitudinem scire volueris in meri-  
 die, et pone ibidem almuri, scilicet in illo gradu in ecliptica; et inde  
 860 duc filum ad lineam altitudinis, donec venerit almuri super gradus  
 descendentes in linea altitudinis; et numerum graduum, quem  
 ibidem inveneris, adde numero prius denotanti altitudinem capitis  
 arietis in illo horizonte, si fuerit in gradu signi septentrionalis; et  
 numerus productus ex utrisque denotabit altitudinem solis in medio  
 865 die in illo gradu. Et si fuerit gradus in signis meridionalibus, tunc  
 subtrahe numerum de altitudine capitis arietis, et residuum denotabit  
 solis altitudinem. Numera igitur in limbo tot gradus et minuta a Y  
 versus K, et ibi pone filum, et ubicumque scindit arcum meridiona-  
 lem, ibidem pone almuri, et tunc aptatur ad horas capiendas pro illo  
 870 die.

(44) Sequitur de scientia horarum diei. – Si ergo horas diei scire  
 volueris, vel etiam quantum de hora transierit, disposito almuri  
 secundum quod dicitur in praecedenti capitulo, oppone angulum O  
 soli, usque aequaliter transierit radius per utrumque foramen. Et  
 875 vide, ubi almuri tangit lineas horarum, quia, si tangat lineam primae  
 horae, tunc transivit una hora de die, si secundam lineam, tunc  
 transierunt duae, et sic de ceteris. Item, quando tangit lineam  
 meridionalem, tunc est meridies, et sic post meridiem redeundo, ita  
 quod, quando tangit lineam quintae horae, si fuerit post meridiem,  
 880 tunc transivit una hora post meridiem, et sic de ceteris.

(45) Sequitur videre declinationem cuiuslibet signi et gradus  
 zodiaci ab aequinoctiali. Cum solis declinationem in quacumque die  
 scire volueris, scito primo quod maxima declinatio solis versus  
 meridiem est numerus in linea altitudinis a principio arietis usque in

---

zontem. – quando igitur altitudinem arietis scire volueris ... latitudo villae vel regio-  
 nis tuae. – sequitur de cognitione v(er)a (?) meridianae altitudinis, sole existente in  
 quocumque gradu circuli signorum **858** altitudinem: lat. EX **863-6** in il-  
 lo--arietis: *om.X*; *secutus sum* EG **869** aptatur: filum *add.G* **871** sequitur de  
 scientia horarum diei: EG; ad sciendum horas diei A(*rubr.*); *om.X* **871-2** si--vo-  
 lueris: *om.G* **871** ergo: X; igitur EA die<sub>2</sub>: XA; *om.E* **874** transierit:  
 trans(er)it X; transiet E **875** quia: quod G; et EA **876** horae: et fuerit ante  
 meridiem *add.G* **877** transierunt duae (horae *add.E*): EG; transivit secunda  
 hora XA **878** meridies: A; nona *cett.* **879** tangit: G; transit *cett.* **880**  
 ceteris: *addit G quaedam de partibus horarum capiendis, et de sciendis horis noctis per lunam vel*  
*stellas* **881-2** sequitur--aequin.: *om.G* **888** altitudinis: long. G **889**

885 circulum capricorni; et maxima declinatio septentrionalis est numerus interceptus inter principium arietis et circulum cancri. Si igitur volueris scire maximam declinationem in quolibet gradu et die, pone almuri super gradum in ecliptica et revolve usque in lineam altitudinis; et quotus est numerus inter almuri et caput arietis, tanta est  
890 maxima declinatio meridionalis vel septentrionalis ab aequinoctiali.

(46) Sequitur scire, quantus sit arcus diei vel noctis quolibet die anni. Quod cum scire volueris pro quocumque gradu et die, pone filum super illum gradum et eius almuri super eclipticam; deinde duc filum, quousque cadat almuri super horizontem tuum, respectu cuius  
895 hoc scire volueris; et consequenter vide, quem gradum abscondit filum in aequinoctiali. Et si gradus fuerit septentrionalis respectu aequinoctialis, computa gradus interceptos inter locum abscissionis horizontis tui et horizontem rectum, et adde illum numerum ad 90; et numerus resultans erit medietas arcus diei. Et si gradus fuerit  
900 meridionalis, deme totum interceptum inter abscissionem et horizontem rectum a 90, et quod remanet erit medietas arcus diei. Unde, si duples hoc idem, habebis totum arcum diei, et si hoc idem subtrahas a 360, residuum denotabit arcum noctis; et si accipias sextam partem medietatis arcus diei, habebis quantitatem horae inaequalis in illo  
905 die; et si illam partem subtraxeris a 30, habebis horam inaequalem illius noctis. Et si divides arcum diei per 15, numerus quotiens resultans ex divisione denotabit horas aequales illius diei; quas si subtrahas a 24, quod remanet ostendet horas aequales illius noctis.

(47) Sequitur de inventione ascensionis signorum in circulo directo  
910 et inventione ascensionis cuiuslibet gradus ex gradibus signorum in circulo directo. Quod si scire volueris, pone filum super gradum, cuius vis habere ascensionem, et quot gradus abscondit ex gradibus aequinoctialis, illud denotabit ascensionem in circulo directo. Et nota quod, scitis ascensionibus trium signorum, sciuntur et omnes, ut  
915 patet in tabula ascensionum.

---

tanta: E; *om.cett.* 891-2 sequitur--gradu et die: cum volueris scire q.s.a.d. vel n. pro quoc. gradu et quovis die anni X. *Secutus sum consensum* EG. 892 quod: quo E; *def.X* cum: si A; *om.E; alia X* 896 aequinoctiali (-tio E): circulo *add.A*; scilicet gradus zodiaci super quem primo posuisti filum scilicet gradum solis *add.X* 900 deme: diminue EG abscissionem: *exsc. EX* 904-5 illo die: *explic.add.E* 907 diei: *explic.add.E* quas: quos X; et GA 910-1 inventione--directo: cuiuslibet gradus signorum similiter G 914 omnes: omnium G 916 se-

(48) Sequitur de scientia ascensionis signorum in quocumque horizonte obliquo volueris et inaequali. Quod cum scire velis, primo scito ascensionem illius gradus, cuius vis scire ascensionem, in circulo recto sive horizonte recto, quod idem est; pone filum tuum super  
 920 illum gradum aequalem et duc almuri ad eclipticam. Deinde duc filum, almuri immobili existente, donec [almuri] cadat super punctum ortus illius gradus in illo horizonte obliquo; et videas, quot gradus abscindit filum ex gradibus aequinoctialis, numerando a parte horizontis recti; et illi gradus subtrahantur ab ascensione illius gradus  
 925 in circulo directo, si [gradus datus] fuerit in parte septentrionali, vel addantur, si [gradus datus] fuerit in parte meridionali; et quod supererit post talem additionem vel subtractionem, ostendit tibi ascensiones illius gradus in horizonte inaequali.

(49) Et ut plenius intellegas, pono tibi exemplum, si vis scire  
 930 ascensiones initii geminorum in horizonte, cuius latitudo est 45 graduum. Scias autem, quod eius ascensio in circulo directo est 57 graduum et 47 minutorum. Ponas igitur almuri super finem tauri et duc filum, donec cadat almuri super horizontem illum obliquum; et sic reperies quod filum abscindet ex gradibus aequinoctialis 21  
 935 gradus et 57 minuta. Subtrahe igitur hoc ab ascensione prius reperta in circulo directo, quo facto supererunt ibi 35 gradus et 50 minuta, quod denotabit eius ascensionem in horizonte inaequali illo.

Item, si scire volueris [in horizonte illo] ascensionem initii virginis, [cuius latitudo est 45 graduum,] iam scis quod eius ascensio in  
 940 circulo directo est 152 graduum et 7 minutorum. Deinde ut prius duc almuri ad horizontem, et tunc filum abscindet ex gradibus aequino-

---

quitur de sc.ascensionis: cum scire volueris ascensiones X 917 quod--velis (vel E; volueris A): om.X 919-20 pone (et p. E)--eclipticam: et pone almuri tuum super numerum graduum illorum in circulo signorum G 919 tuum: XA; om.E; alia G 920 aequalem: aequinoctialis omnes 921 almuri: XA 922 obliquo: scilicet si gradus est 7'alis tunc est in horizonte 7'ali add.A 925,-6 gradus datus: X; scilicet g.d. A(post sept./merid.) 926 addantur: -atur EG in parte: ex p. G; a p. X; om.A 929 plenius: hoc planius G 930 initii geminorum: arietis et tauri G (et saepius, ut QI) 931,-2 graduum: -dus EA; abbr.XG 931 autem: om.G eius: XA; eorum G; huius E 932 minutorum: A; abbr. cett. 937,939,944 eius: eorum G 938 in hor.illo (illo 45 gr.in latitudine A): earum G; eorum E initii virginis: usque in finem leonis G(ut saepius) 939 cuius--graduum: X,A(supra,l.938); om.EG iam scis: EG; scire debes XA 940-1 deinde--horizontem: om.G 942 11: X; 71 E; 12 G; 5 A 12: 55 G(cf.ad

tialis 11 gradus et 12 minuta. Subtrahantur igitur ab ascensione in  
 horizonte recto, [scilicet a 152 gradibus et 7 minutis,] et supererunt  
 140 gradus et 55 minuta, quod eius ascensionem denotat in hoc  
 945 horizonte tuo [praedicto].

Si autem scire velis ascensionem initii sagittarii, scis quod eius  
 ascensio est in aequinoctiali 237 graduum et 47 minutorum, [et hoc  
 quia sagittarius et eius gradus sunt meridionalia]; adde igitur eis 21  
 gradus et 57 minuta, quae invenies operando ut prius, et provenient  
 950 tibi 259 gradus et 44 minuta, quod eorum ascensionem in illo  
 horizonte [praedicto] denotabit certissime[, cuius latitudo est 45  
 graduum].

(50) Ad sciendum gradum ascendentem et gradum medii caeli in  
 quocumque tempore volueris, scito quot horae [inaequales] et quot  
 955 partes horarum transierunt ex die, ex praecedentibus; quo facto  
 reduc horas et earum partes in gradus, et post adde hos gradus  
 ascensioni illius gradus, in quo est sol, in horizonte tuo obliquo,  
 quod scire poteris ex praecedentibus. Facta autem additione ista, vide  
 cui gradui ex gradibus signorum conveniat haec ascensio vel similis  
 960 in hoc horizonte obliquo: ille enim gradus erit ascendens vel  
 egrediens. – Et aliter faciliter invenies illum gradum, cui convenit  
 haec ascensio vel similis in horizonte obliquo, per tabulas ascensio-  
 num ad circulum obliquum constitutas. – Si tamen has tabulas non  
 habueris, hoc per instrumentum invenire potes, ut quaerendo gra-  
 965 dum, ex cuius additione vel subtractione differentiae ascensionis eius  
 in circulo directo ab obliquo resultat talis numerus vel similis  
 numerus prius invento: nam praecise erit ille gradus ascendens. –  
 Potes autem hoc ascendens facilius invenire cum horizontibus mo-

---

*l.944* subtrahantur igitur (ergo E): *om.X(cf.ad l.943)* **943** scilicet--minu-  
 tis: X,A(*ante 943* in hor.recto); subtrahantur 11 gr. et 12 mi. *add.X(ex 942)*; *om.EG*  
**944** 55: 12 G, *cum QI et tab.Tol. (Toomer p. 37)* **945** praedicto: XA **946** si-  
 sagittarii: si etiam scire velis eorum ascensiones (-nis G) in finem scorpionis G ve-  
 lis: E,X(*post sagittarii*); volueris A; *alia* G scis: E; scis quidem G; scire debes XA  
**947** est: EX; *ante "237" infra GA* aequinoctiali: EG; horizonte recto XA gra-  
 duum: -dus A; *abbr.cett.* **947-8** et hoc--meridionalia: X; *def.A; om.GE; post 949* ut  
 prius *pertinent* **948** eis: ei E; *om.G* **950** eorum: eius E **951** praedicto:  
 X; scilicet p. A; *om.EG* **951-2** cuius--grad.: X; cui.lat. 45 gr. denotabit A; et sic  
 de omnibus aliis E; *om.G* **954** inaequales: XA **955** ex pr-ntibus: G; p-nt(i)  
 E; praesenti A; per praecedent() X **958** praecedentibus: *explic.add.E* **967**

bilibus in facie instrumenti. – Deinceps ab istis gradibus iam repertis,  
 970 cum quibus invenisti ascendentem, subtrahe 90; deinde vide, cui  
 gradui ex gradibus signorum correspondent tales ascensiones, quales  
 denotat quod remanet post subtractionem: ille enim numerus gra-  
 duum denotabit gradum medii caeli.

(51) Quod ut melius intellegas, pono tibi exemplum. Si fueris in  
 975 aliqua civitate, cuius latitudo sit 45 graduum, et sis in die, in quo sol  
 existit in 10° gradu tauri; et scis quod tunc solis altitudo in meridie  
 est 60 graduum, et ascensio illius gradus |, scilicet 10<sup>i</sup> gradus tauri,|  
 in circulo recto est 37 graduum et 34 minutorum. Pone igitur almuri  
 supra 10<sup>m</sup> gradum tauri; deinde duc eum ad horizontem obliquum,  
 980 et invenies quod filum abscondet ex gradibus aequinoctialis ad hori-  
 zontem rectum 15 gradus et 37 minuta. Subtrahatur igitur hoc |, sci-  
 licet 15 gradus et 37 minuta,| ab ascensione circuli recti|, id est ab  
 ascensione 10<sup>i</sup> gradus tauri praedicti in horizonte recto|; et supere-  
 runt tibi 21 gradus et 57 minuta, quod denotabit ascensiones illius  
 985 gradus in illo horizonte. Altitudo autem solis, quam accepisti, est 36  
 graduum; ex quo patet quod praeterierunt 3 horae [inaequales] diei,  
 quarum arcus est 52 graduum et 48 minutorum; quos addes 21  
 gradibus et 57 minutis, ex qua additione proveniunt 74 gradus et 45  
 minuta. Deinde vide, cui gradui conveniat haec ascensio vel similis,  
 990 [scilicet in circulo tuo obliquo:] erit enim 10<sup>us</sup> gradus et 40<sup>m</sup>  
 minutum cancri, quod denotabit ascendentem gradum. Deinde  
 minue 90 gradus ab istis 74 gradibus et 45 minutis; sed si ab ipsis  
 non possint auferri 90, tunc eis adde 360 gradus et ab ipsis 90 gradus

---

numerus prius invento: G; n-us p. i-us *cett.*    970 ascendentem: ascensiones EG  
 972 numerus graduum: g.n. XE    975 graduum: -dus A; *abbr.cett.*    et sis: et  
 sit X; uisus E; *alia* A    976 tunc: *om.X*; *post* altitudo A    meridie: hora X; prima  
 hora A    977 60: 36 AX    graduum: gradus GA; *abbr.EX*    scilicet--tauri:  
 A, *Xp.c.*    978 graduum: -dus A; *abbr.cett.*    979 duc: deduc EX    980 ad  
 horizontem rectum: ab h-e-r-o E; *om.G*    981 subtrahatur ... hoc: subtrahantur ...  
 hii A    981-2 scilicet (*om.A*)--37 min.: XA    982-5 ab<sub>1</sub> ascensione--horizonte:  
*duplicem versionem in contextu habet A, primam (=A<sub>1</sub>) cum X, secundam (=A<sub>2</sub>) cum EG*  
*plerumque concordantem.*    982-3 id est--recto: XA<sub>1</sub>    983 supererunt tibi:  
 EGA<sub>2</sub>; remanent (-et A<sub>1</sub>) XA<sub>1</sub>    984-5 quod denotabit ascensiones (-nem A<sub>2</sub>; *om.*  
 E) --horizonte: EGA<sub>2</sub>; quae est eius (*om.A<sub>1</sub>*) ascensio in horizonte dato qui (que A<sub>1</sub>)  
 est 45 (35 A<sub>1</sub>) gradus (gr() X) in latitudine XA<sub>1</sub>    985 36: *omnes*    986 gra-  
 duum: -dus GA; *abbr.cett.*    inaequales: XA    987 graduum: -dus GA;  
*abbr.cett.*    990 scilicet (*om.X*)--obliquo: XA    991 ascendentem gr.: g.a. GA


995 abstrahere, et supererunt 344 gradus et 45 minuta. Deinde vide, cui ex gradibus signorum], scilicet in circulo directo, a principio arietis incipiendo computare,] conveniat haec ascensio: erit enim 10<sup>us</sup> gradus piscium, qui denotabit gradum medii caeli.

(52) Postquam sciveris gradum ascendentem et gradum medii caeli, poteris scire alias domos per hunc modum. Scito igitur 1000 quantitatem horae [inaequalis] ascendentis, [id est in illa die, in qua habes ascendens;] deinde dupla illam et adde duplatam ascensioni prius repertae, cum qua invenisti ascendens. Deinde subtrahere a producto 90 [gradus], et tunc quaere numerum consimilem ei, qui tibi remanet post subtractionem, in tabula ascensionum circuli recti; 1005 et quod erit e directo istius, illud denotabit principium 11<sup>ae</sup> domus. – Vel aliter et facilius, ut addas horam ascendentis duplatam ascensioni gradus medii caeli in circulo directo, et vide, cui ascensioni in circulo directo convenit numerus proveniens: ille enim gradus erit principium 11<sup>ae</sup> domus. – Deinde adde producto post additionem proveni- 1010 enti duplum quantitatis eiusdem horae, et quod provenit ex additione, monstrabit principium 12<sup>ae</sup> domus. Quod si adhuc addas ei, quod provenit ex dicta additione, duplum horae eiusdem quantitatis, poteris scire ascendens.

Deinde subtrahere duplum quantitatis unius ex horis praedictis a 60, 1015 et residuum, [quod est quantitas duarum horarum inaequalium noctis,] addas ei, quod provenit ex ultima et statim facta additione; quod enim ex hac additione provenerit, monstrabit principium 2<sup>ae</sup> domus. Adhuc [si] addatur ei, quod provenit ex hac additione, idem residuum, quod provenit ex subtractione duplae quantitatis unius ex 1020 praedictis horis a 60; deinde nota ascensionem huius totius in circulo directo: ipsa enim monstrabit principium 3<sup>ae</sup> domus. Habitis autem his 6 domibus, scies et alias eis oppositas: nam initia reliquarum

993 possint: -sunt E; -sent G    ipsis: istis X; eis E    995-6 scilicet--computare: X; sc. in c. recto inc.comp. a pr.ar. A(post 997 caeli); in dir.c. E(post 996 ascensio); om. G    997 qui: quae EX    998-1036 aliam versionem "ad sciendum 12 domos supposito et scito ascendente--veraciter ad certum tempus datum" pro § 52 habet A, § 53 omittit    1000 horae inaequalis: h. EG; i. X    1000-1 id est--ascendens: X    1002 a producto: a p(un)cto (illo add.E) EG; ab isto toto X    1003 gradus: X ei qui tibi (ibi E) r-et: per ea quae r-ent G    1004 tabula: circulo G    1009 producto: praedicto (om.E) puncto EGX    post add.prov.: subtractionem remanenti G    1013 ascendens: explic.add.E    1015 quod--noctis: X    1018 si: omnes

domorum 6 sunt gradus oppositi initiis aliarum domorum, ut patet in hac figura:



- 1025 **(53)** Ponam etiam exemplum super his. Scias quando ascensio erat 74 graduum et 45 minutorum, et ascendens erat 10<sup>us</sup> gradus cancri, ut duplum unius horae in illo gradu est 38 gradus et 34 minuta [de aequinoctiali]. Addantur igitur hi gradus et haec minuta 74 gradibus et 45 minutis, et proveniunt inde 113 gradus et 19 minuta, a quibus
- 1030 subtrahantur 90 gradus, et supererunt 23 gradus et 19 minuta. Intra igitur cum hoc numero tabulam ascensionis in circulo directo, <\*> et reperies e directo illius 61<sup>i</sup> gradus et 53 minutorum, et hic erit tunc 4<sup>us</sup> gradus geminorum, denotans principium 12<sup>ae</sup> domus, et sic de ceteris domibus. Et nota quod septima domus opponitur primae,
- 1035 octava secundae, nona tertiae, decima quartae, undecima quintae, duodecima sextae.

- (54)** Sequitur videre arcum diei et noctis cuiuscumque stellae fixae. – Si vis scire arcum diei et noctis stellarum fixarum, et gradum ex gradibus circuli signorum, cum quo est stella in medio caeli, et gradum cum quo oritur, [et eius gradum,] pone primo almuri super locum stellae; deinde transferas eum super horizontem tuum obliquum, et omni modo operare, sicut operatus es de arcu diei et noctis per solem]: hoc est, si stella ista sit in aliquo gradu signi septentrionalis, addas gradus inter tactum almuri in horizonte obliquo et
- 1040 horizontem rectum ad 90; si in signis meridionalibus, subtrahe illos gradus interceptos a 90; et habetur sic propositum, sicut fit de arcu diurno quaerendo per solem]. **(55)** Item, si vis scire gradum [zodiaci], cum quo [stella] caelum mediat, pone filum super locum stellae et vide, cuius gradus signi [scilicet zodiaci] sit stella, quod scies
- 1045 per colorem et situm, ut prius docui; et vide tunc, quid abscondit filum ex gradibus circuli signorum: punctus enim, qui absconditur in eo, denotabit gradum, cum quo stella caelum mediat.

**1022** eis: ei EG **1024** figura: praesenti add.E **figuram** habent EG,A alio contextu; vacat X **figura** 12 d.: G; pro iudiciis astrorum add.E; om.A; def.X meridianus (etc.): E; oriens, nad.mer. habet A; om. G; def.X **1026** graduum, minutorum: abbr.omnes **1027** ut: omnes de aeq.: X **1031** tabulam: omnes de omissione videas Q1 §55 **1032** grad.,min.: abbr.omnes hic erit tunc: GX (menda ex Q1); hic erunt E **1036** sextae: explic.add.E **1037** sequitur--fixae: om.G **1038** si: unde si X **1040** et eius gradum: om.G **1043-7** hoc est--solem: XA; secutus sum X **1048** zodiaci: X; id est z. A; om.EG **stella**: X; scilicet stella A



(56) Item si vis scire, cum quo gradu ascendit vel descendit super  
 1055 horizontem, scito prius ascensionem gradus illius, cum quo stella  
 caelum mediat, videlicet quanta fuit in circulo priori], scilicet in  
 aequinoctiali]. Deinde adde ascensioni prius repertae 90 [gradus].  
 Deinde subtrahe a toto medietatem arcus diei [stellae], [et vide tunc,  
 quis gradus zodiaci correspondet ascensionibus residuis in circulo  
 obliquo, et habes propositum]. Subtrahe etiam [medietatem arcus  
 1060 diei stellae praedictam] a 90 gradibus, si [stella] sit meridionalis, et  
 residuum subtrahe ab ascensione in circulo recto illius gradus, cum  
 quo stella caelum mediat, et habebis idem quod prius. Deinde vide,  
 cui ex gradibus signorum conveniat ascensio talis [in circulo obli-  
 quo,] et si quid residuum est post subtractionem [priorem], in  
 1065 horizonte inaequali: ille enim gradus denotabit tibi gradum, cum quo  
 haec stella descendit. Et si addas medietatem arcus diei illius stellae  
 ascensioni [in circulo recto] illius gradus, cum quo est stella in  
 medio caeli, in circulo tamen recto, et etiam addas ei 90 [gradus], –  
 deinde vide, cui ex gradibus signorum convenit talis ascensio in  
 1070 circulo obliquo: tunc nadir illius gradus, cum quo descendit stella  
 praedicta [sub horizonte obliquo], ostendet propositum.

(57) [Sequitur de ascensionibus et horis noctis per stellas.] – Si  
 gradum ascendentem, et eum cum quo mediat caelum, et horas  
 noctis, per quamcumque stellam in instrumento hoc scire volueris,  
 1075 pro ascendente sciendo accipe altitudinem stellae per visum forami-  
 num, ut prius docui de sole; et pone tunc filum super altitudinem  
 gradus stellae, ipso existente in medio caeli], id est, super altitudi-

(post mediat); om.EG 1049 scil. zodiaci: ante signi ins.X; in zodiaco A; om.EG  
 1053 vel: X; et cett. 1054 ascensionem: X; om.GE; alia A 1055 priori: om-  
 nes scilicet in aeq.: A; scil.aequinoc() X s.l.; om.EG 1056 prius: om.EX  
 gradus: XA 1057 stellae: A; id est stellae X s.l.; om.EG 1057-60 et vide--  
 stellae: om.A 1057-9 et vide--propositum: X; om.EG; def.A 1059-60  
 etiam--a: ideo a G; om.E; partim def.A 1060 stella: XA 1061 recto: dir- G;  
 om.X 1062 mediat: in circulo obliquo add.X idem quod prius: ascensionem  
 gradus cum quo stella descendit XA 1063 in c.o.: XA 1064 et si quid: om-  
 nes; sicut Q1 priorem: XA 1067 in circ.recto: A,X(post gradus); om.GE  
 1068 gradus: XA 1070 circulo: horizonte EX 1071 sub h.o.: X; scilicet  
 sub h.o. A; om.EG propositum: paraphrasin capituli ultimi Profatü ”cum volueris  
 scire latitudinem ortus cancri et capricorni--et de circulo zenith et illud nota” add.G  
 1072 sequitur--stellas: XA; et hor(is) noctis per stellas E(post 1073 ascendentem); om.  
 G 1073 quo: qua EX horas noctis: n.h. EX 1077 gradus stellae ipso:

nem stellae meridianam in limbo quadrantis, quae prius accepta est in linea altitudinis]. Postea pone almuri unum super circulum meridiei; deinde transfer filum super numerum altitudinis [stellae praeassumptae,] quam accepisti; deinde vide, quantum acceperit almuri de horis inaequalibus illius stellae [in quadrante positus, scilicet ab ortu illius stellae]. Consequenter reduc eas ad gradus. Deinde [per artem praedictam] vide, cum quo gradu stella est in medio caeli; deinde scias medietatem arcus diei <illius gradus et medietatem arcus diei> illius stellae. Quod si stella fuerit meridionalis, adde excessum medietatis arcus diei <gradus, cum quo est stella in medio caeli, super medietatem arcus diei> ipsius stellae, ipsis gradibus in quibus prius reduxeras horas. Si vero [stella] fuerit septentrionalis, subtrahe ab eisdem gradibus, id est, in quibus reduxisti horas, illud, per quod minuitur medietas arcus praedicti gradus a medietate arcus [diei] stellae; et quod supererit ex praedictis gradibus post dictam additionem vel subtractionem, adde ascensioni illius gradus, cum quo est stella in medio caeli in horizonte obliquo; et vide, quis ex gradibus signorum [in circulo obliquo] ascendit cum tali ascensione, qualis est illud quod provenit ex dicta additione: iste enim gradus ostendet ascendentem. (58) Postea subtrahe 90 ab his gradibus, cum quibus invenisti ascendentem; deinde vide, quis ex gradibus ascendit cum tali ascensione in circulo recto: ipse enim monstrabit gradum medii caeli; et invenies terminos ceterarum domorum penitus ut prius. Ex quo autem scis ascensionem illius gradus ascendentis in horizonte obliquo, subtrahe ab ea ascensionem gradus nadir solis in horizonte inaequali: quod enim supererit, notabit arcum horarum ab occasu solis usque ad tempus, in quo es. Deinde divide ipsum arcum per partes horarum inaequalium istius

---

stellae ipsa XA 1077-9 id est--altitudinis: X 1080 stellae pr.: X 1082-3 in quadr.--stellae: X 1083 eas: easdem (om. A) horas XA 1084 per artem pr.: X, A (post gradu); om. EG 1085-6 ex QI § 59 (ubi v. app.) explevi 1087-9 gradus--horas: EGA (ex QI § 59 explevi); gradus cum quo stella caelum mediat, respectu medietatis arcus diei stellae, ad gr. prius ex horis correspondentibus altitudini stellae praeacceptae X 1089 in quibus p.r. horas: quos p.r. ad horas G; alia X stella: X 1090-1 id est (i.e. om. A)--horas: XA 1091 per quod: quo G; quod E 1092 diei: XA 1093 dictam: praedictam XA 1095 in c.o.: X, A (post ascendit); om. EG ascendit: -det E; -dat G 1097,-8 ascendentem: ascensionem E; ascensus G 1100 monstrabit: ostendet XA 1104 ab:

noctis, et numerus quotiens denotabit horas, quae transierunt ab occasu usque ad illud tempus; et si superaverit aliquid, quod dividi non potest per partes horarum, illud denotabit partes horarum.

- (59) Sequitur de scientia arcuum chordarum et chordarum arcuum. Cum chordam et arcum alicuius gradus scire volueris, pone filum super gradum, cuius chordam scire volueris vel sinum, ex gradibus aequinoctialis, computando a linea longitudinis versus horizontem rectum; et ubi filum abscindit lineam meridionalem, pone almuri. Deinde transfer filum super horizontem rectum, et ubi cadit almuri ex parte chordae rectae, illud erit chorda recta illis gradibus subtensa. – Vel si sciveris eius chordam et velis scire arcum, fac e contrario, ponendo [almuri] primo super eius chordam rectam; et postea transfer ad lineam meridionalem, et ubi filum cadit in aequinoctiali, erit arcus qui convenit illi chordae.
- 1120 Si autem chordam versam scire volueris, pone filum super gradum, cuius vis scire chordam versam, et ubi filum abscindit circulum zenith, id est circulum oppositi, pone almuri ibidem. Deinde transfer almuri super horizontem rectum, et ubicumque cadit almuri in linea chordae versae, illud ostendet tibi chordam versam pertinentem illis gradibus. Et scias quod chorda versa descendit usque ad 60 et ascendit usque ad 120. – Si autem bene noveris chordam versam et velis scire arcum, operare sicut docui de chorda recta, ponendo almuri super circulum zenith; unde, si habueris duo almuri, simul poteris cognoscere ambas chordas, ponendo unum super circulum oppositi et aliud super circulum meridionalem. Nota quod, si gradus, quorum chordas versas scire volueris, fuerint ab 1 usque ad 90 vel a 180 usque ad 270, accipe illud, super quod cadit almuri ex partibus descendentibus; si vero fuerit a 90 usque ad 180 vel a 270 usque ad 360, accipe illud, super quod cadit almuri ex partibus ascendentibus.

---

in EG 1108 per: om.AX 1109 arcuum chordarum et c.a.: a. et c. XA  
 1110 gradus: horizontis G; mi(nu)t(is)E 1111 vel: et X sinum: G; sume  
 EXA; quod idem est add. G 1112 longitudinis: omnes 1117 ponendo a.p.:  
 pone a.pr. X; po.pr. scilicet a. A; po.pr. EG 1118 postea: desinit X ubi--cadit  
 in: G; ubi--abscindit in EA; quod--abscindet ex QJ §61, Pr 1120 si autem--vo-  
 lueris: scire autem posses chordam versam et hoc sic E 1124 illud: ibi EA  
 1125 descendit: -det E usque: om.EA 1126 ascendit: G; -det EA 1131  
 versas: om.GE 1133 descendentibus: glosam add.A usque<sub>1</sub> ad: G; ad E; ver-  
 sus A a<sub>2</sub>: om.EA 1134 ascendentibus: glosam add.A 1135 et cum d.sit:

1135      **(60)** Et cum difficile sit accipere chordam rectam et versam alicuius gradus prope 90 vel 1 propter longas intersectiones, ita quod locus intersectionis non potest bene inveniri, ideo expedit duplare gradus et tunc devolvere almuri ut prius ad horizontem rectum; et tunc medietas chordae sive rectae sive versae ostendet tibi chordam quam  
1140 quaeris.

**(61)** Sequitur de scientia umbrae rectae et versae per solis altitudinem. Si igitur vis umbram rectam scire per solis altitudinem, pone filum super numerum graduum altitudinis solis ex gradibus aequinoctialis; deinde pone unum almuri super circulum zenith et  
1145 aliud almuri super circulum meridionalem. Deinde transfer filum super horizontem rectum, et tunc multiplica illud, super quod cadit primum almuri ex gradibus horizontis recti, per 12, et productum divide per illud, super quod cadit secundum almuri in eisdem gradibus: et numerus quotiens monstrabit tibi digitos umbrae rectae.  
1150 – Vel si etiam multiples illud, super quod cadit secundum almuri, per 12, et productum divides per illud, super quod cadit primum almuri, egredientur in numero quotiens digiti umbrae versae.

**(62)** Facilius tamen hoc scire poteris ponendo filum super numerum graduum altitudinis solis, cuius umbram scire volueris:  
1155 nam si altitudo illa sit minor 45, cadet filum super quadratum umbrae versae et abscindet ex digitis umbrae versae, quantum ex eis illi altitudini fuerit conveniens; si autem altitudo fuerit maior 45, abscindet filum ex digitis umbrae rectae, quantum ex eis fuerit competens illi altitudini. Si autem ceciderit filum per solis altitudi-  
1160 nem in 45° gradu, tunc erit umbra aequalis cuiuslibet rei suae altitudini. – Item isto modo per umbram poteris scire solis altitudinem, ponendo filum super numerum digitorum sive umbrae rectae sive versae; et quod abscindit filum ex gradibus aequinoctialis, illud erit arcus altitudinis pertinens illi umbrae.

---

est tamen d. EA      rectam et v.: v. E; om.A      **1137** gradus: *glosam habet* A  
**1139** chordae: scilicet inventae *add.*A      **1142** vis u.r.s.: G; v.s.u.r. A; u.r.v.s. E  
**1143** graduum: om.EA      **1144** unum: primum ex ipsis (eis E) EA      **1145**  
aliud: secundum EA      **1146** cadit p.a.: alterum a.c.scilicet p. E; c.unum ex ipsis  
a. scilicet p. A      **1147** recti: om.EA      productum d.: d.p. EA      **1149** gradibus:  
*glosam add.*A      tibi: om.EA      rectae: *explic.add.*E      **1150** si etiam: e.si E; et si  
A      **1152** egredientur: -etur EG      **1161** isto: illo EA      **1165** scire: om.G  
**1167** digitorum: *post* versae G      **1169** numerus: om.GA      ostendet: -dit G

1165 Quod si velis umbram rectam scire per versam et reducere unam  
in aliam, scilicet rectam in versam et e contra, divide 144 per  
numerum digitorum umbrae versae, et numerus quotiens ostendet  
tibi digitos umbrae rectae; et e converso, si divides 144 per numerum  
digitorum umbrae rectae, numerus quotiens ostendet tibi digitos  
1170 umbrae versae.

(63) Sequitur de scientia horarum per solis altitudinem in meridie  
et per arcum meridianum et diurnum, et primo per solis altitudi-  
nem. – Quod si scire volueris, pone filum super numerum altitudinis  
solis in limbo; deinde pone unum ex ipsis almuri super circulum  
1175 meridiei; deinde pone filum super numerum graduum dimidii arcus  
diei. Consequenter pone secundum almuri super zenith vel circulum  
oppositi, quod idem est; deinde transfer filum cum utroque almuri  
super horizontem rectum. Consequenter multiplica numerum um-  
brae rectae, quem invenisti sub primo almuri, per numerum umbrae  
1180 versae, et productum conserva. Deinde pone filum super numerum  
altitudinis solis in meridie; deinde pone unum ex ipsis almuri super  
circulum meridiei; deinde transfer filum ad horizontem rectum.  
Consequenter divide productum numerum, quem prius observasti,  
per illud, quod iam invenisti sub almuri de umbra recta in horizonte  
1185 recto, et subtrahere numerum quotiens ab isto numero, quem prius  
invenisti sub secundo almuri; et quaere consequenter in umbra versa  
numerum similem ei, qui remanet post subtractionem, in horizonte  
recto; deinde pone super ipsum almuri. Deinde transfer filum, donec  
almuri ceciderit super circulum oppositum meridiei, id est circulum  
1190 zenith; et quod abscondit filum ex gradibus aequinoctialis, illud  
denotabit numerum arcus horarum a tempore, in quo es, usque ad  
meridiem. Quod si fuerit ante meridiem, tunc praedictum numerum  
subtrahere ab arcu meridiei vel a 6 horis inaequalibus, quod idem est;  
si vero fuerit post meridiem, ad arcum meridiei ipsum numerum  
1195 adde; et quod provenit post subtractionem vel additionem, monstra-

---

**1175** numerum: dimidium *omnes* graduum: gradum EA; *abbr.*G **1176** zenith:  
circulum z. A **1176-7** vel--idem est: id est super gradum in limbo terminan-  
tem medietatem diei A **1177** utroque: ambobus (-abus E) EA **1178,-79,**  
**-84,-86** umbrae: chordae A **1180** conserva: observa EA **1181** ex ipsis: *om.*G  
**1182** filum: ipsum E; ipsum ad ipsum A **1186** almuri: *glosam add.*A **1189**  
circulum opp.--id est: *om.*G **1192-3** quod si--meridiei: *om.*G **1192** ante:  
A; *om.*E **1193** meridiei: *glosam add.*A **1194** meridiei: *glosam add.*A **1195**

bit arcum horarum a mane usque ad tempus praesens, in quo es. –  
Iam autem scivisti horas diei per altitudinem solis in meridie  
superius.

- (64) Hoc autem modo poteris etiam scire gradum ascendentem et  
1200 gradum medii caeli de nocte per altitudinem stellae, sic videlicet,  
quod ponas filum super numerum graduum medietatis arcus diei  
ipsius stellae; deinde pone alterum almuri super circulum oppositi;  
consequenter pone filum super numerum graduum altitudinis, quem  
invenisti. Deinde pone secundum almuri super circulum meridiei.  
1205 Consequenter transfer filum ad ipsum horizontem rectum. Deinde  
multiplica numerum umbrae versae, super quem cecidit primum  
almuri, per ipsum, super quem cecidit secundum almuri in umbra  
recta, et productum observa. Consequenter pone filum super nu-  
merum graduum maioris altitudinis ipsius stellae; deinde pone  
1210 almuri super meridionalem; consequenter transfer ipsum ad hori-  
zontem rectum. Quo facto divide numerum productum, quem  
observasti, per numerum umbrae rectae, super quem cecidit modo  
almuri in horizonte recto; et subtrahe numerum quotiens a numero,  
super quem cecidit primum almuri. Consequenter pone almuri in  
1215 umbra versa super numerum consimilem ei, qui remanserit, in hori-  
zonte recto. Consequenter transfer filum, quousque cadat almuri  
super circulum oppositi; et quod abscindit filum ex partibus aequi-  
noctialis, subtrahe ab ascensione gradus, cum quo stella est in medio  
caeli in circulo directo, et hoc si altitudo stellae, quam invenisti, sit  
1220 versus orientem; si vero sit versus occidentem, addas illud praedictae  
ascensioni; et eius, quod provenit post additionem vel subtractionem,

---

post s-em vel a-em: G; post a. vel s. E; ex tali a-e vel s-e A 1197 diei: dierum EA  
1198 superius: om. G 1199 poteris e.s.: p.s. E; s.potes A 1202 alterum:  
aliud G 1203 altitudinis: om. et glosam add. A 1205 consequenter: et G  
ipsum: om. G 1206,-07,-15 umbra(e): chorda(e) A 1208 productum o.:  
o.p. EA 1209 stellae: glosam add. A 1210 consequenter: et G 1214  
almuri<sub>1</sub>: glosam add. A 1216 consequenter: deinde G filum: ipsum f.  
EA quousque: donec EA 1218-9 ab asc.--directo: a medietate arcus diei  
illius stellae in regione tua obliqua A 1218 quo stella: stella quae E; alia A  
1219 directo: recto E; alia A 1220 orientem (horizontem E): glosam add. A  
1220-6 addas--tempore: EG, secutus sum G; A habet id est inter meridiem et  
occidentem, addas illud praedictae medietati arcus diei stellae, et habebis arcum  
elevatum aequinoctialis ab ortu stellae usque ad hoc instans. et illi adde ascensiones  
illius gradus in circulo tuo obliquo <<cum quo gradu stella illa caelum mediat, et

scias <ascensionem> in circulo recto: illud enim ostendet tibi gradum medii caeli in ista hora. Postea ei, qui remanet post subtractionem vel additionem, adde 90, et vide, quis ex gradibus signorum ascendat  
 1225 cum tali ascensione in horizonte inaequali: illud enim erit gradus ascendens in isto tempore.

Et isto modo poterunt scribi multa alia, quae declaraverunt sapientes mundi in libris suis, antequam in tabulis redegerunt, sicut ascensiones signorum in horizonte recto vel obliquo.

1230 **(65)** Sequitur videre, quando est punctus verae aurorae et veri crepusculi, et quando aliqua stella vel sol fuerit in orientali linea vel occidentali. Pro primo sciendum quod, quando sol praecise distat ab horizonte post mediam noctem per 18 gradus, tunc est vere aurora, quia secundum Ptolomaeum et alios ad tantum potest sol exspargere  
 1235 radios suos; similiter, quando sol est per 18 gradus sub horizonte post occidens, est vere initium noctis, quod dicitur crepusculum. Ut igitur istas horas sive momenta recte capias, applica almuri ad aliquam stellam et cape eius altitudinem, et per eam, ut praedictum est, vide quando nadir solis distat ab occasu eius per 18 gradus; et  
 1240 tunc est vere aurora. Item vide eodem modo, quando nadir solis distat ab ortu per 18 gradus, et tunc est vere crepusculum.

**(66)** Consequenter est dicendum de mensurationibus, et primo de mensuratione altitudinis rerum. Quod si scire volueris, recede vel accede a re vel ad rem, donec cacumen eius per ambo foramina  
 1245 videris; et statim retro te tantum mensura, quantum oculus tuus elevatus est super locum in quo stas, et ibi signa punctum; et profecto tantae altitudinis est res, quanta est distantia inter locum,

---

vide tunc in circulo tuo obliquo>> quis gradus zodiaci correspondet illis ascensionibus, quia iste gradus est ascendens tunc in horizonte tuo obliquo. et ab illo subtrahe 90 gradus, et vide in circulo recto quis gradus zodiaci illis correspondet, et iste est gradus medii caeli. **1222** ascensionem: *om.EG; alia A* **1235** sol: *om.G*  
**1239** vide: *ante per eam EA* **1241** distat--gradus: *p(er)oritur 18 gradibus omnes*  
**1242** est dic.: *d.e. EA* **1243** mensuratione: *-nibus EA* **1244** vel ad rem: *E; om.G; aliter A* ambo: *utraque A; om.E* **1246** elevatus est: *elevatur EA*

quem retro te signasti, et pede rei. Et hoc si in videndo cacumen  
 ceciderit filum super 45<sup>m</sup> gradum in limbo. – Si vero res fuerit non in  
 1250 plano, vide per utrumque foramen aliquid in pede rei, filo cadente in  
 linea altitudinis, et postea vide summitatem rei, quo facto nihil retro  
 te mensurabis, sed solum, quantum distas a signo quod fecisti in  
 pede rei; et tunc adde illud, quod est inter illud signum et rem prope  
 terram, et hoc ostendet altitudinem. **(67)** Si autem universaliter vis  
 1255 iudicare de rei altitudine, et hoc in primo aspectu, in quocumque  
 loco steteris, vide rei summitatem ut prius per foramina, et vide, ubi  
 cadit filum in scala sive super umbram rectam, id est in sinistra parte,  
 vel super umbram versam, id est ex dextra parte. Et si ceciderit super  
 latus umbrae rectae, sume numerum punctorum umbrae, respici-  
 1260 endo, super quem numerum cadit perpendicularum in punctis; et illud  
 erit altitudo rei, quia, quot sunt ibi puncta, tot sunt puncta altitu-  
 dinis. Si autem ceciderit super latus umbrae versae, per numerum  
 illorum punctorum divide 144, et quod exierit post divisionem sume.  
 Deinde mensura distantiam inter te et turrim; et quod fuerit in hac  
 1265 distantia, multiplica per 12, et productum divide per numerum  
 punctorum umbrae prius sumptae; et super illud, quod exiverit, adde  
 quantitatem tuae altitudinis, et quod remanserit, erit altitudo turris.

**(68)** Item exspecta, donec sol fuerit in altitudine 45 graduum, et  
 tunc umbra cuiuslibet rei est aequalis suae longitudini; in aliis autem  
 1270 horis est proportio umbrae cuiuslibet rei ad rem, sicut in eadem hora  
 est proportio numeri punctorum umbrae rectae ad 12. Et si fuerint 6  
 puncta in umbra recta, quae est medietas de 12, erit tunc umbra rei  
 medietas rei in altitudine, et sic de aliis. Sed ad hoc ut scias omni  
 hora umbras accipere, oportet te convertere umbras rectas in umbras  
 1275 versas et e converso, ut prius docebatur.

**(69)** Si autem res fuerit inaccessibilis, sta contra illam et vide eius  
 summitatem ut prius; postea signa locum ubi cadit perpendicularum,  
 et signa locum in quo stas, et sit D. Deinde recede per lineam rectam

---

punctum: praeponere A; reponi E      **1249** gradum: A; -dus E; *abbr.* G      **1250**  
 rei: altae *add.* EA      **1254** univ. vis: v. u. E; vis velociter A      **1255** in primo: p.  
 EG      **1257** in scala: G; *om. cett.*      **1257-8** sinistra ... dextra: G; dextra ... sinistra  
 EA      **1258** id est ex: G; ut in A; ut a E      **1260** in punctis: punctorum (*ante*  
 cadit) EA      **1266** super: per *omnes*      **1268** fuerit: sit EA      **1269** longitudini:  
 altit. A      **1271** umbrae rectae: *om.* G      et: ut E      **1272** recta: *om.* G      **1275**  
 prius doc.: d. p. A; dic. p. E      **1278** deinde: *om.* EA      **1279** summitatem: rem



quantum vis, et iterum vide eandem summitatem, et signa locum, C,  
 1280 et numerum ubi cadit perpendicularum in eadem umbra recta; et  
 mensura, quot sunt pedes inter C et D, et retine. Postea subtrahe  
 minorem numerum umbrae de maiori et serva differentiam. Deinde  
 distantiam inter C et D multiplica per 12 et productum divide per  
 numerum reservatum; et illi numero resultanti adde quantitatem  
 1285 tuam, et quod exierit erit altitudo rei.

(70) Si autem turris steterit in monte, primo oportet metiri  
 cacumen montis secundum praehabitam doctrinam per duas statio-  
 nes; deinde considera altitudinem turris et montis simul aggregando;  
 postea remove altitudinem montis a toto, et residuum erit altitudo  
 1290 turris.

(71) Sequitur de secunda parte mensurae, quae dicitur planimetria,  
 cuius duae sunt partes.

Prima pars mensurae planimetriae est mensurare in longum,  
 secundum in longum et latum. De primo est haec scientia: Accipe  
 1295 versus oculum angulum quadrantis, et circumferentiam versus ter-  
 minum plani, et per duo foramina respice terminum plani, stando in  
 alio termino, et vide, quem punctum abscondit filum in latere umbrae  
 versae; et per 12 multiplica quantitatem ab oculo tuo usque ad  
 plantam pedis, et productum divide per numerum punctorum  
 1300 umbrae versae prius acceptae; et certe exhibit longitudo plani. (72) Si  
 autem hoc planum fuerit obliquum, tortum, non rectum nec aequi-  
 distans horizonti, sed elevatum, tunc considera primo eius obliqui-  
 tatem, sic: Pone duas res aequaliter longas et elevatas in terminis rei  
 mensurandae, et vide summitates istarum rerum per ambo foramina  
 1305 quadrantis, verso angulo ad oculum, et considera, ubi cadit filum in  
 limbo, id est aequinoctiali, et serva gradus repertos inter lineam alti-  
 tudinis et filum. Postea vide terminum rei mensurandae per fo-  
 ramina, ut praedictum est, et considera, ubi filum cadit in limbo ut  
 prius, et serva numerum inter lineam altitudinis et filum, et adde  
 1310 istos gradus prioribus, si steteris in procliviori loco, vel ab eis aufer, si

---

EA 1280 perpendicularum: -di()l() E; -lare GA 1283 c et d: cd A; dc G  
 multiplica: ante distantiam E; post 12 A 1286 monte: valle EG 1288 altitu-  
 dinem: alti(tudini?)s G 1293 planimetriae: -tri EG 1294 secundum (-do  
 A) in: s. G 1304 ambo: illa E; utraque A 1311 eminentiori: loco add.EA

steteris in eminentiori. Deinde pone ibidem filum et vide, quot puncta resecat in umbra versa, et fac cum istis punctis proportionem, sicut fecisti in mensuratione plani.

(73) [Capitulum ultimum novi quadrantis Prefatii Iudaei de plani  
1315 mensuratione.]

[Si vis aliquod planum in longum et latum mensurare, tunc planum aut est circulare aut angulare.] Si circulare, tunc medietas diametri ducatur in medietatem circumferentiae, et productum dabit tibi aream circuli. Vel aliter, multiplica diametrum in seipsum, et  
1320 collectum multiplica in 11, et productum divide per 14, et numerus quotiens ostendet tibi aream. – Quantitas circumferentiae sic habetur: Tripla diametrum, et [numero producto adde] eidem triplato 7<sup>am</sup> partem illius diametri adde, et collectum dicet tibi quantitatem circumferentiae. – Si vero e contra volueris per circumferentiam scire  
1325 quantitatem diametri, subtrahe a circumferentia 22<sup>am</sup> partem eiusdem, et residui tertia pars erit diameter circuli. Vel sic: Multiplica circulum in seipsum, et quod exit divide per 10, et numeri inde provenientis quaere radicem, quae erit diameter circuli. Vel aliter:  
1330 Multiplica numerum circumferentiae per 20000 et collectum divide per 62832, et quod ex divisione provenit, erit diameter circuli. – Si autem volueris diametrum circuli scripti infra triangulum rectangulum, tangentis omnia latera orthogonii, scire, adde quantitatem lineae orthogonae quantitati basis, et ex hac summa quantitatem podismi subtrahe, et residuum erit quantitas circuli ducti. Unde, si linea

**1312** proportionem: portionem EA    **1314** ante hoc capitulum add. GA "si vis mensurare planum in longum et latum, aut est rotundum aut angulare. Si circulare, vide longitudinem ... et per hoc potes circulare quadratum et econtra similiter (om. A)" qui textus ex 1316-7, 1321-6, 1357-9, 1362-3, 1434-7, 1426-30 nonnullis mutatis componitur. Omnes hos locos etiam proprio contextu habet A; G 1357-9, 1362-3 solos, ceteros omittit.

**1314-7** capitulum--angulare: EA; varias rubricas habent GA.    **1314** Prefatii: EA; def. G    **1317** est: E; erit A; def. G    angulare: triangulare EA; def. G    si circulare: si vis mensurare aream circuli G    **1319** seipsum: omnes (et saepius)    **1320** collectum: G; hanc summam iterum EA    **1321-4** quantitas--circ.: [[q(uan)]] G(cf. ad 1314)    **1321** quantitas: -tatem E; autem add. A; def. G    **1322** eidem: E; idem A    **1323** illius: E; ipsius A    **1325-6** subtrahe--sic: om. G(cf. ad 1314)    **1326** vel: aliter add. A; def. G    **1327** quod exit: quod exhibit E; exeuntem A 10: 4 E; 14 A    **1333** orthogonae: -nee G; -nie E    **1335** 6... 4: omnes, cf. QI §81;

1335 orthogona sit 6 pedum et basis 15 et podismus 17, erit diameter 4 pedum.

(74) Item, si superficies fuerit triangula aequilatera, mensuretur sic: Dividatur unum latus trianguli in duas partes aequales, et a puncto divisionis ad angulum oppositum protrahatur linea recta. Tunc ista  
 1340 linea ducatur in unam partem lineae divisae, et habebis quantitatem trianguli. Vel sic: Divide unum latus in duo media aequalia per lineam exeuntem ab angulo sibi opposito. Deinde ducatur unum latus trianguli in medietatem dictae lineae generaliter, et productum dabit aream. Et nota, quod latus trianguli aequilateri est longius linea  
 1345 dividente ipsum in septima parte, unde, si latus sit 7 pedum, illa linea dividens erit 6 pedum. – Item, si triangulus habeat duo latera aequalia et tertium inaequale, dividatur latus inaequale in duas partes aequales, et a puncto divisionis ducatur linea recta in angulum sibi oppositum; et una medietas lateris divisi ducatur in lineam ductam  
 1350 ab illo puncto, et productum dabit tibi aream. Vel ducas totam basim divisam in medietatem lineae supradictae, et habebis idem quod prius. – Si autem fuerit triangulus trium laterum inaequalium, ab aliquo angulo ad latus ducatur linea perpendicularis, et illud latus, super quod cadit perpendicularis, ducatur in perpendicularem, et  
 1355 producti medietas dabit tibi aream. Vel sic: Multiplica illud latus, super quod cadit perpendicularis, in medietatem perpendicularis, et productum dabit tibi aream. – Item, si vis scire aream orthogonii trianguli, duc basim in orthogonam lineam, et medietas producti dabit aream. Vel duc medietatem basis in orthogonam lineam, et  
 1360 productum dabit tibi aream; vel e contra medietatem orthogonae in basim, et idem proveniet. Haec patent omnia in primo libro Euclidis.

(75) Si autem superficiem quadratam vis mensurare, duc unum latus in aliud vel in seipsum, et productum dabit aream quadratam. – Item, si vis mensurare superficiem quadranguli, ducatur minus latus  
 1365 in maius, et productum dabit aream. Item, si vis mensurare aream elmuarife habentis duo latera opposita aequidistantia et inaequalia et

---

8 ... 6 vere 1339 oppositum: -ti EG ista: illa EA 1341 aequalia: om.EA  
 1347 latus: tertium E; om.A inaequale<sub>2</sub>: -lis G 1348 aequales: inaeq.  
 EA 1353 linea: om.G 1355 tibi: om.EA 1357 orthogonii: -ni A; abbr.G  
 1360 dabit tibi: tibi G; dabit EA orthogonae: -nii EG 1361 haec--Euclidis: et  
 haec omnia patent (-et A) primo Euclidis EA 1364 vis m.s.q.: q.v.s.m. A;

- alia duo latera aequalia sed non aequidistantia, adde unum latus aequidistantium alteri, et quod provenit ex additione, multiplica per quantitatem orthogonae, et medietas producti dabit aream. Vel sic:
- 1370 Multiplica illud, quod provenit ex additione praedicta, per medietatem orthogonae, et productum dabit aream. Vel tertio sic: Multiplica medietatem eius, quod provenit ex additione, per orthogonam, et habebis eandem aream. – Si autem volueris scire aream elmuarife habentis duo latera opposita inaequalia et aequidistantia et alia duo
- 1375 latera etiam inaequalia, non tamen aequidistantia, quorum unum latus continet duos angulos super aequidistantia rectos, quod orthogonum dicitur, adde unum latus aequidistantium alteri, et quod provenit multiplica per quantitatem orthogonae, et medietas producti dabit tibi aream. Vel multiplica illud, quod provenit ex additione, per medietatem orthogonae, vel per orthogonam multiplica medietatem eius quod provenit ex additione, et habebis idem quod prius.
- 1380

(76) Si autem superficiem pentagonae vis aequare ad aream, si sit area aequilatera et aequalium angulorum, tunc unum latus in seipsum ducatur, et productum per 3 multiplicetur, et a summa

1385 exeunte subtrahatur quantitas unius lateris, et medietas residui erit area. Vel aliter: Duc unum latus in medietatem suae orthogonae, vel orthogonam in medietatem lateris, et productum multiplica per 5, et habebis aream pentagoni. – Aream hexagoni simili modo invenies, sed multiplica productum per 6, et habebis aream hexagoni. Heptagonum autem multiplica per 7, et habebis eius aream, et sic de octogono; et sic deinceps in infinitum potes habere aream cuiuslibet figurae angularis, sive fuerit regularis sive irregularis, ut dividendo ipsam in omnes triangulos et mensurando quemlibet triangulum per seipsum per artem praedictam, si bene recolas praedicta fideliter.

1390

1395 (77) Scias quod radix areae alicuius circuli est costa alicuius quadrati aequalis illi areae, et per hoc posses quadrare circulum. (78) Et si praecise non posses invenire radicem alicuius numeri, adde illi

---

q.s.v.m. E    **1366** elmuarife: imarife G; elimarife E; elymarfe A    **1369**  
orthogonae: -nii EA    **1371** orthogonae: -nii *omnes*    tertio: *om.*G    **1372**  
orthogonam: -num EA    **1373** elmuarife: G; elmuharist E; elycharist A    **1378**  
orthogonae: G; -nii EA    **1383** aequilatera: -rum EA    **1384** per 3 multiplice-  
tur: m. G; m-(cat)ur per 3 A    **1389** sed: *om.*G    **1391** sic: *om.*EG    cuiusli-  
bet: cuiuscumque EA    **1393** ipsam: ipsum *omnes*    **1394** praedicta: -to E;

numero, cuius radicem vis extrahere, multas cifras, quia quanto  
 plures ei addideris, tanto praecisius eius radicem extrahes. Et nota  
 1400 quod oportet illas cifras esse in numero pari. Ut si sit numerus  
 binarius, cuius vis radicem extrahere, adde ei 6 cifras, et provenit talis  
 numerus 2000000; a quo subtrahe radicem, quae radix erit 1414; a  
 qua radice oportet auferre secundum intellectum tot figuras, quot  
 fuerunt cifrae in medietate cifrarum prius additarum; ut cum addi-  
 1405 deris 6 cifras, debent auferri 3 primae figurae ab ipsa radice, et  
 numerus remanens erit numerus integrorum radice, quam quaesi-  
 visti, qui in hoc casu erit 1. Deinde multiplica per 60 numerum  
 ablatum a prima radice, scilicet 414, et a producto subtrahe tot  
 figuras quot prius, scilicet 3 primas, quae erunt 840; et residuum,  
 1410 scilicet 24, erit numerus minorum radice quaesitae. Postea illum  
 numerum subtractum, qui est 840, multiplica per 60, et a producto  
 subtrahe 3 figuras primas, quae sunt 400, et residuum, scilicet 50, erit  
 numerus secundorum radice. Adhuc cum numero subtracto, qui est  
 400, operaberis ut prius, et per multiplicationem eius per 60 et per  
 1415 subtractionem 3 figurarum a producto remanebunt 24, qui erit  
 numerus tertiorum radice quaerendae; et sic usque non poteris 3  
 figuras abstrahere, ita quod aliquid residuum remaneat. Erit igitur  
 satis praecise radix 2 graduum, scilicet 1 et 24 minuta et 50 secunda  
 et 24 tertia. Et sic semper in omnibus numeris surdis non quadratis  
 1420 operaberis, et numquam cessabis in operando, donec figurae  
 auferendae sint solum et omnes cifras. Et sic radicem cuiuslibet  
 numeri praecisius invenies quo potest inveniri, quod probare poteris,  
 si totum divideris ad ultimum genus fractionis et multiplicaveris in se:  
 illud denuo resolutum ad integrum dabit illud cuius radicem quaesi-  
 1425 visti.

(79) Et si aream alicuius quadrati multiplicaveris per 14 et produc-  
 tum divideris per 11, radix residui erit diameter alicuius circuli  
 aequalis illi quadrato. Unde, si costa quadrati sit 6 pedum cum

---

prius docto G fideliter: *om.*G 1396 areae: *arci* E; *om.*A 1398 quanto:  
 -tum G; -ta E 1400 illas cifras: *illas*  $\emptyset$  G; *illas* E; *eas* A 1401 provenit: -iet  
 EA 1404 cifrae in m.: *medietas* G 1405 ipsa: G; *ista* E; *illa* A rema-  
 nens: *relictus* EA 1410 illum: *istum* EA 1411 qui: *que* G producto:  
 praedicto EA 1414-5 per sub.: *subt.* EG 1416 tertiorum: -arum EG  
 1417 remaneat: *mane* EG 1418 satis: *om.*G 1: *om.*G 1426-30 et si--cer-

quinta parte unius, diameter circuli aequalis erit 7 pedum; et per hoc  
 1430 potes quadrare circulum certissime. – Si vis scire excessum quadrati  
 ad circulum infra scriptum, omnia latera contingentem, subtrahe  
 aream circuli ab area quadrati, et quod remanet erit excessus. Ut si  
 diameter sit 7 pedum, excessus erit 10 cum dimidio. Unde in tali  
 figura costa quadrati est diameter circuli et e contra. – Si autem vis  
 1435 scire excessum ad quadratum maximum infra scriptum, duc dia-  
 metrum circuli in seipsum, et medietas producti dabit tibi quantita-  
 tem quadrati. – Item, si infra quadratum scribatur maximus circulus  
 qui potest, et infra illum circulum maximus quadratus qui scribi  
 potest, oportet quod maius quadratum sit duplum ad minus qua-  
 1440 dratum.

(80) Sequitur tertia pars huius artis mensurandi, cuius duae sunt  
 partes, quarum prima est de arte mensurandi rem secundum eius  
 profunditatem tantum, secunda vero secundum latum et profundum.

(81) De prima est demonstratio talis: Si vis putei rotundi profundi-  
 1445 tatem metiri, ab uno latere putei respice cum quadrante terminum  
 oppositi lateris in imo, id est in profundo, putei; et notetur quantitas  
 diametri putei in latitudine. Accipe igitur numerum punctorum  
 umbrae rectae, et multiplica quantitatem dicti diametri per 12, et  
 productum divide per numerum punctorum umbrae rectae; et exhibit  
 1450 tibi certissime profunditas putei per rationem numerorum propor-  
 tionalium, 19. septimi Euclidis.

(82) Sequitur de secunda parte. Si igitur volueris mensurare aliquid  
 in longitudine et latitudine, ut si corpus quadratum aequilaterum  
 mensurare volueris, cubes unum latus, et habebis mensuram; et per  
 1455 hoc potes invenire capacitatem vasis quadrati aequilateri. – Si autem  
 putei capacitatem vis invenire, per aream vel per oris superficiem  
 prius inventam, ut supradictum est, multiplicetur profunditas putei,  
 et productum dabit eius capacitatem. – Si autem corpus quadratum

---

tissime: *om.G*(*cf. ad 1314, quam versionem pro G adhibeo*) **1429** quinta: G,A (*versiones anteriores*); una E; -A **1430** si: autem *add.EA* **1431** contingentem: -tis A; -tia E **1434-7** si autem--quadrati: *om.G* (*cf.ad 1314*) **1439** minus quadratum: minus G **1442** est: *om.G* eius: *om.EA* **1443** latum et prof.: latitudinem et profunditatem EA **1444** rotundi: *om.EA* **1448** dicti diam.: diam.praedicti EA **1450** num.prop.: p.n. EA **1451** septimi: libri *add.G* **1454** cubes: duples G **1456** vel per oris superficiem prius inventam: et per o.s.

oblongum, ut columnam quadratam, vis mensurare, duc superficiem  
 1460 latitudinis in longitudinem eius, et habebis grossitiem columnae. – Si  
 autem superficies in una extremitate fuerit maior alia, aequa maio-  
 rem cum minore, hoc modo: Sume differentiam earum, subtrahendo  
 minorem de maiore, deinde medietatem differentiae subtrahe a  
 maiori vel illam adde minori, et erunt aequata; quam si duxeris in  
 1465 longitudinem ipsius columnae, habebis grossitiem eius. – Et per hoc  
 potes invenire capacitatem omnium talium vasorum et talis putei  
 quadrilateri, et hoc modo potes mensurare grossitiem et capacitatem  
 omnium corporum oblongorum rotundorum, ut columnae rotundae  
 et putei rotundi et dolei habentis recta latera. Si autem superficies  
 1470 istorum corporum fuerit maior in una extremitate quam in alia,  
 aequabis eam ut prius et tunc operare ut prius. – Item, si vis scire  
 capacitatem dolei non habentis latera recta, quia maius est in medio  
 quam in extremitatibus, tunc superficies latitudinis medii aequatur  
 cum superficiebus extremorum, quam superficiem aequatam si  
 1475 duxeris in longitudinem dolei, productum dabit capacitatem eius. Si  
 igitur quadratum lineae, per quam lineam superficiem extremitatis  
 dolei mensurasti, valeret unum denarium vini, posses scire, quot  
 denariata vini essent in doleo.

(83) Item, si vis scire quantitatem corporis sphaerici cuiuscumque,  
 1480 cubes diametrum eius, et habebis corpus quadratum maius eo  
 corpore sphaerico. Sed excessum eius ad corpus sphaericum sic  
 invenies: Quantitatem istius quadrati divide per 21, et numerum  
 quotiens multiplica per 10, et productum erit excessus quadrati illius  
 ad sphaericum. Vel aliter sic: Multiplica illum numerum quotiens per  
 1485 11, † et quod ex ista multiplicatione provenit divide per 21, † et iste  
 numerus productus erit quantitas corporis sphaerici quod quaeris. –  
 Unde, si diameter istius sphaerae sit 7 pedum et cubetur in se sic:  
 septies septem septies, provenient 343 pedes, et est quantitas corporis

---

për inventum G; per aream prioris superficiei (-em E) per inventum EA 1460  
 grossitiem: superficiem G autem: una *add.*G 1462 minore: -r(e) GE; -ri A  
 1463 maiore: -ri E 1464 maiori: -re A vel: et *omnes* illam: aliam GA  
 1466 invenire: *om.*A; *alia* E 1470 istorum: illorum (-arum A) EA 1471  
 item: *om.*EA 1477 valeret: valet E; valerent A denarium: denarium (-ar) EG;  
 d() A) argenti vel *omnes* (*fortasse ex den()*a<sup>tl</sup>) 1480 eo: ipso EA 1482 21: 12  
 EG 1485 et quod--per 21 (per 21 *om.*A): *omnes*; *cf. Q1 §90* 1486 quod:  
*omnes* 1488 est: *om.*E; *def.*A 1489 maius: maior G; *def.*A 1492 pro-

quadrati quod est maius corpore sphaerico; et si haec quantitas,  
 1490 scilicet 343, dividatur per 21, provenient 16 pedes cum tertia parte  
 unius pedis, quos 16 pedes cum tertia parte unius pedis si multi-  
 plicaveris per 11, provenient 179 pedes cum 2 tertiis unius pedis; et  
 haec est quantitas dictae sphaerae. – Si autem illos 16 pedes cum una  
 tertia multiplicaveris per 10, proveniunt 163 pedes cum 1 tertia, et  
 1495 hoc est excessus illius corporis quadrati ad illam sphaeram. Unde si  
 istos 163 pedes cum 1 tertia extraxeris a corpore quadrato, scilicet a  
 343 pedibus, habebis quantitatem corporis sphaerici, scilicet 179 cum  
 2 tertiis unius pedis.

Item, si vis habere quantitatem corporis sphaerici, duc diametrum  
 1500 in seipsum, et productum iterum multiplica per 22, et illud produc-  
 tum divide per 7, et numerus quotiens dabit quantitatem sphaerae.

[Explicit tractatus quadrantis editus a magistro Prefatio Hebraeo.]

---

venient: -iunt EA    **1493** pedes: partes EG    **1495** est: G; erit A; *def.*E  
**1496** extraxeris: -aheris EG    **1499,1501** quantitatem: *omnes*; superficiem  
 Q1    **1500** 22:32 G    **1502** *hanc subscriptionem habet G; de ceteris vide praef.* –  
*Addunt EO* "vel aliter duc diametrum in circumferentiam--et circumferentiae erunt  
 quadruplae" *ex Q1 §90.* – *Addit A lusum arithmeticum (v.praef.), deinde quae sequuntur.* –  
*Addunt EOA* "regulae ad inveniendum sextam quantitatem per quinque notas" (*ita*  
 EO) *quae ad rem nihil attinent.*



# Indices



## LIST OF REFERENCES TO MODERN AUTHORS.

Page numbers lower than 564 refer to Part 1 of this volume.

The page references were compiled by Mr. *Kell Commerau Madsen*.

Catalogues listed by Kristeller 1960 are generally omitted.

- Acta nationis Germanicae ...*, see Friedländer
- Anthiaume, A./J.Sottas: *L'astrolabe-quadrant du Musée des Antiquités de Rouen ...* Paris, G. Thomas, 1910. – p. 740
- Aristoteles Latinus. *Codices descripsit Georgius Lacombe ... pars posterior*, Cambridge 1955 (Corpus philosophorum medii aevi, U.A.I.). – p. 245
- Balle, Søren: *Anonymous quaestiones de astronomia in CLM 14401*. =CIMAGL 44 (1983) 151-79. – Edition with comments abridged from those mentioned p. 35 n. 21
- Bateson, Mary: *Catalogue of the library of Syon monastery*. – p. 289, from Jørgensen 1910, 260
- Beaujouan, Guy (1954): *L'enseignement de l'arithmétique élémentaire à l'Université de Paris aux XIII<sup>e</sup> et XIV<sup>e</sup> siècles*. =Homenaje a Millás-Valllicrosa I, Barcelona 1954, 93-124. – p. 37
- Beaujouan, Guy (1962): *Manuscrits scientifiques médiévaux de l'Université de Salamanca et de ses 'Colegios mayores'*. =Bibliothèque de l'école des hautes études hispaniques 32, Bordeaux 1962. – p. 288, 579
- Beckman, N./Kr.Kålund: *Alfræði íslensk. Íslandsk encyklopædisk Litteratur II. Rím-töl*. =Samfund til Udgivelse af gammel nordisk Litteratur, 41, København 1914-6. – p. 28, 33, 54, 169, 231, 240
- Benjamin, Francis S./G. J. Toomer: *Campanus of Novara and medieval planetary theory*. Madison, Milwaukee, and London 1971. – p. 468, 575, 658, 660, 662, 665
- Bibliotheca Casinensis ...* IV, Monte Cassino 1880. – p. 28, 245
- Bischoff, Bernhard (1934/1966): *Neuaufgefundene Auszüge aus einem verschollenen Katalog der Amploniana*. Privately printed München 1934; from the reprint in *Mittelalterliche Studien* I, Stuttgart 1966, 133-40. – p. 555
- Bischoff, Bernhard (1940/1967): *Ostertagtexte und Intervalltafeln*. =Historisches Jahrbuch der Görresgesellschaft 60 (1940) 549-580; revised reprint in *Mittelalterliche Studien* II, Stuttgart 1967, 192-227. – p. 247, 279
- Bjørnbo, Axel Anthon (1911/2): *Die mathematischen S. Marcohandschriften in Florenz*. =Bibliotheca Mathematica, 3. Folge 12, 1911/12, 97-132. – p. 39, 53
- Bjørnbo, Axel Anthon (1912): *Cartographia Groenlandica*. =Meddelelser om Grønland XLVIII, København 1912. – p. 39, 53, 56, 231, 240
- Bober, Harry: *The zodiacal miniature of the*

- Très riches Heures of the Duke of Berry, its sources and meaning. =Journal of the Warburg and Courtauld Institutes 11 (1948) 1-34. - p. 30, 231, 244, 260, 266, 418, 454
- Boffito, J. (=G.) & C. Melzi D'Eril (1908): *Almanach Dantis Aligherii sive Profhacii Judaei Almanach perpetuum ...* Firenze, Olschki, 1908. - p. 739
- Boffito, G. (/C. Melzi D'Eril) (1922): *Il quadrante d'Israele di Jacob ben Mahir ben Tibbon (Profacio)*. Firenze, Seeber, 1922. - p. 468, 574-5, 580, 734-5
- Bruckner, A.: *Scriptoria mediæ aevi Helvetica ... XI, Schreibschulen der Diözese Lausanne, hrsg. und bearb. von A. B.* Genève 1967. - p. 217, 286
- C.U.P.: see *Chartularium*, 1891
- Catalogi librorum mscr. Angliæ et Hiberniæ in unum collecti ... I-II.* Oxoniæ 1697. - p. 286
- Catalogo di manoscritti filosofici nelle biblioteche Italiane* (Corpus philosophorum mediæ aevi, U.A.N.). Volume 2-3, Firenze, Olschki, 1981, 1982. - p. 288, 516
- Cenci, Cesare, O.F.M.: *Manoscritti francescani della Biblioteca Nazionale di Napoli I* (=Spicilegium Bonaventurianum VII). Firenze, Quaracchi, 1971. - p. 460, 516
- Census I-II*, see Kristeller 1960, Sec. B, (De) Ricci
- (*Census*): *Supplement to the Census of medieval and Renaissance manuscripts in the U.S.A. and Canada*. New York 1962. - p. 253, 660
- Chartularium universitatis Parisiensis ...*, ed. Henricus Denifle O.P./Aemilius Chatelain. Tom. II, 1. Paris, Delalain, 1891. - p. 40, 45-6  
-- Tom. III. 1894. - p. 47  
-- *Auctarium*. Tom. I. 1894. - p. 40
- Chevalier, Ulysse: *Repertorium hymnologicum III*. Louvain 1904. - p. 32
- CIMAGL = (Université de Copenhague) Cahiers de l'Institut du moyen-âge grec et latin. København.
- Colophons de manuscrits occidentaux des origines au XVI<sup>e</sup> siècle* (ed. Bénédictins du Bouveret) IV. Fribourg (CH) 1976. - p. 282, 515
- Cordoliani, Alfred (1951): *Les manuscrits de comput ecclésiastique de l'Escorial*. =La ciudad de Dios 93 (1951) 277-317. - p. 399, from Cordoliani 1960, 134
- Cordoliani, Alfred (1955b): *L'évolution de comput ecclésiastique à Saint-Gall du VIII<sup>e</sup> au XI<sup>e</sup> siècle*. =Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte 49 (1955) 288-323. - p. 393
- Cordoliani, Alfred (1960/1961): *Contribution à la littérature du comput ecclésiastique au moyen âge*. =Studi Medievali ser. 3, I (1960) 107-37; II (1961) 169-208. - p. 393, 399, 402, 413-6
- Curtze, Max.: *Petri Philomeni de Dacia in algorismum vulgarem Johannis de Sacrobosco commentarius. Una cum algorismo ipso edidit et praefatus est M. C.* ... København 1897. - p. 26-8, 33, 37, 40, 71-3, 75, 80, 167, 173.
- Daly, John F.: *Mathematics in the Codices Ottoboniani latini*. =Manuscripta 8 (1964) 3-17. - p. 33, 73
- De Smet, J. M.: =Miscellanea historica in hon. L. van der Essen I. 1947. - p. 45, from Van Acker 1972.
- Delisle, Léopold (1868/1874/1881): *Le cabinet des manuscrits de la Bibliothèque Nationale (Impériale, tom. I)*. Paris, Impr. Nationale. Tom. I, 1868; tom. II, 1874; tom. III, 1881. - p. 46, 58, 263, 579, 661
- Delisle, Léopold (1887): *Le missel et pontifical d'Étienne de Loyseau, évêque de Luçon*. =Bibliothèque de l'École des Chartes 48 (1887) 527-34. - p. 286
- Denifle/Chatelain, see *Chartularium ...*

- Digard, Georges & all.: *Les Registres de Boniface VIII*. Vol. III, Paris 1921. – p. 57
- Diplomatarium Danicum*. 2. Række 5. Bind (1299-1305) ved Franz Blatt og C. A. Christensen. København 1943. – p. 57, 58
- Duhem, Pierre: *Le système du monde*. Tom. IV, 1916; re-print Paris, Hermann, 1954. – p. 29, 32, 37, 270, 582, 661
- Ebbesen, Sten/Jan Pinborg: *Thott 581 4<sup>o</sup>, or »De ente rationis«, »De definitione accidentis«, »De probatione terminorum«*. =English logic in Italy. Acts of the 5th European symposium on medieval logic and semantics (1980). Napoli 1982. – p. 515
- Eneström, Gustaf (1885, 3): *Anteckningar om matematikern Petrus de Dacia och hans skrifter*. =Öfversigt af Kongl. Vetenskaps-Akademiens Förhandlingar, 1885. N:o 3. Stockholm. – p. 26, 30, 31-3, 37, 39 n. 32, 40, 71-2, 167, 217-8, 227, 231, 240, 244, 257-61, 275, 278, 281, 286-8, 322, 441, 461
- Eneström, Gustaf (1885, 8): *tit. & loc. cit.*, 1885. N:o 8. – p. 28, 33-4, 40, 71-2, 227, 281, 288, 461
- Eneström, Gustaf (1886, 3): *tit. & loc. cit.*, 1886. N:o 3. – p. 26, 33, 218, 245
- Eneström, Gustaf (1914): *Ueber die Geschichte der Kubikwurzelauziehung in Mittelalter*. =Bibliotheca Mathematica, 3. Folge 14 (1914) 83-4. – p. 28
- Finke, Heinrich: *Ungedruckte Dominikanerbriefe des 13. Jahrhunderts*. Paderborn 1891. – p. 50-1
- Friedlaender, Ernestus/C. Malagola: *Acta nationis Germanicae universitatis Bononiensis ...*, Berlin 1887. – p. 50
- Glorieux, P. (1928): *Notices sur quelques théologiens de Paris de la fin du XIII<sup>e</sup> siècle*. =Archives d'histoire doctrinale et littéraire du moyen âge 3 (1928) 201-38. – p. 45, 47, 576, 582, 654, 734-7
- Glorieux, P. (1933): *Répertoire des maîtres en théologie de Paris au XIII<sup>e</sup> siècle I-II*. Paris, Vrin, 1933. – p. 655, 733-6
- Glorieux, P. (1935): *La littérature quodlibétique II*. (=Bibliothèque Thomiste XXI). Paris, Vrin, 1935. – p. 45
